BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
118

Volume de VIIII + 122 pages

12 xbre 1911

M. S. U. 1, 11.

contient

1. Bulla commissionis apostolicæ — — — p. 2

57 Statuta collegii scholarium Beatæ Mariæ de Diocesi Bajocensi — — — — 3

4 Privilegium quo Rex recepit in se nomen fundatoris — — — — — 59

11 constitutio Capellanorum in titulo ecclesiastico — — 62

40 Retractatio primorum statutorum cum additione et mutatione eorumdem — — — — 73

113

II

VI



BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Confirmatio statutorum

" ordinatorum pro scholaribus collegii scholarium Beate marie
" de diœcesi Bajocensi in domibus Gervasii Christiani parisiis
fundatorum quæ statuta aymericus dei gratia episcopus
parisiensis auctoritate apostolica confirmavit et pœnas
super hoc auctoritate apostolica ordinavit.

Ad perpetuam rei memoriam universis presentes
litteras inspecturis aymericus divina miseratione parisiensis
episcopus, ad infra scripta solus et insolidum a sede
apostolica specialiter deputatus salutem in domino
sempiternam et mandatis nostris jmoverius apostolicis
firmiter obedire ; .....

Noverint universi nos quasdam apostolicas litteras
felicis recordationis sanctissimi in christo patris et domini
nostri domini gregorii divina providente clementia pape
vndecimi veras ejus bullas plumbeas cum filo canapis
integro bullatas, non vitiatas non cancellatas, non abolitas, non
abrasas non in aliqua sui parte corruptas, sed omni prorsus
vitio et suspitione carentes ut prima facie apparebat cum
qua decuit reverentia, nichil non et quasdam statuta super
" statu et regimine ac modo convivendi scholarium collegii
" Beate marie de diœcesi Bajocensi olim per venerandam
discretionis virum magistrum gervasium Christiani
dicte Bajocensis diœcesis magistrum in artibus et

medecina ac jllustrissimi et inclytissimi principis domini nostri Domini Karoli dei gratia francorum regis medicum ipsius collegii fundatorem et primum dotatorem edita et ordinata nobis pro parte Scholarium dicti collegii presentata et porrecta nuper et ante obitum dicti Sanctissimi Domini nostri recepisse, quarum Scilicet Litterarum apostolicarum predictarum tenor Sequitur in hæc verba

Bulla commissionis apostolicæ

Gregorius Episcopus Servus Servorum dei venerabili fratri Episcopo parisiensi Salutem et apostolicam benedictionem oblata nobis pro parte dilectorum filiorum collegii magistrorum et Scholarium clericorum in theologia medecinæ et artium facultatibus Studentium parisiensis in domibus dilecti filii gervasii christiani videlicet in vico jlluminatorum Commorantium petitio continebat quod olim non nulla Statuta pro Statu et felici regimine domorum jpsarum et personarum in eis degentium ordinata fuerunt quare pro parte dictorum magistrorum et Scholarium fuit nobis humiliter Suplicatum quatenus ipsa Statuta per te prout justum fuerit auctoritate apostolica Examinari Corrigi Reformari aut etiam Confirmari nec non Sententiis et pœnis congruis roborari, Concedere de Benignitate apostolica Dignaremur. Nos igitur huius modi Supplicantibus inclinati fraternitati tuæ dequâ in his et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus Statuta predicta ipsis prius per te diligenter examinatis jnspectis ac matura deliberatione proe habita aucthoritate predicta corrigendi et reformandi vel etiam approbandi et confirmandi ac Sententiis et pœnis Spiritualibus et temporalibus roborandi prout tibi pro Salubri Statu et regimine domorum et personarum earumdem visum fuerit expedire plenam et liberam tenore presentium Concedimus facultatem Datum avinione tertia Kalendas Septembris pontificatus nostri anno Sexto; Item Statuta predicta Subsequentia recepimus Sub hac forma

Statuta Collegii Scholarium Beatæ

" mariæ De Diœcesi Bajocensis prohemium,

In nomine Sancte et individue trinitatis patris et filii et Spiritus Sancti amen

Praclara Sacre theologie et medecine scientiarum noticia que ex fonte Doctrine salutaris proveniunt animarum qui et corporum habitam conservant et amissam recuperant sanitatem quarum doctrinales profectus fidei catholice et humanis corporibus fructus vberes largiuntur ac etiam salutares quarum que fluenta largiflua de parisiis fontibus vbi dictarum scientiarum apriscis retro temporibus viguerunt continuk studia ac que vigent et vigebunt, deo dante, profluxerunt hactenus et incessanter profluere non desistent velut enim partus desinu parientis ex ipso parisiis recta prodeunt et jam diu prodierunt ac perfecta disciplina in etiam processit et procedit continue in eisdem scientiis et aliis doctorum solemnium gloriosa prosapia;

Exquibus siquidem scientiis christianus populus illustratur, fides catholica roboratur, corporibus que humanis et toti rei publice juuamina multiplicia tribuuntur quibus siquidem scientiis scilicet theologie et medecine et in arce artium collocatis ad animarum — corporum que salutem divina providentia insistunt famulantur et seruiunt artes cetere liberales et ad dictas theologiam et medecinam viam prebent intelligentie et doctrine,

quarum etiam liberalium artium in parisiensi studio doctrina jam dudum viguit et vigere dignoscitur et vigebit dei gratia excellenter, ad promovendum igitur huius modi scientiarum studia tanto ferventius quisque fidelis debet intendere quanto considerantius prospicit ex his honorem matri ecclesie et animarum et corporum saluti perfectius et toti rei publice commodum provenire sed quia nullus vel parvus ex scientiarum fluentibus fructus prodiret si deesset doctrina docentium et addiscentium studia pariter non adessent quod in pluribus mundi —

partibus proh dolor, ex deffectu docentium et addiscentium contingere magistra rerum experientia manifestat expedit ut salubri devotionis studio et piae subventionis auxilio devota corda fidelium praesertim in eodem parisiorum studio quod inter litterarum studia constat esse sine pari ut illud de Bono semper coalescat in melius liberalitatis opem et operam subministrent

Capitulum I.um de fundatione dicti Collegii

Ego igitur gervasius christiani bajocensis diocesis ac etiam canonicus ecclesiae Bajocensiis magister in artibus et medicina parisiensis illustrissimi et Christianissimi principis Karoli dei gratia regis francorum quinti huius nominis medicus, supradicta considerans et attendens ex Sacrae Scripturae Documentis, quod satis convenit fidelium pietati egentium juuare pauperiem et proximorum pauperum necessitatibus subvenire volens et cupiens pauperibus pro thesauro scientiarum praedictarum tam nobili aquirendo volentibus parisiis insistere in studio litterarum omnes Domos quas habebam et tenebam in vico eremburgis Debria dicto illuminatorum et in vico faeni eidem vico contiguo quarum de bonis adeo mihi collatis aliquas aquisivi et alias edificari feci ad laudem gloriam et honorem sanctissimae et gloriosissimae inefabilis et individuae trinitatis patris et filii et spiritus sancti ad beatissimae et gloriosissimae dei genitricis semper que virginis mariae et totius curiae supernorum ac divini cultus augmentum nec non animae meae ac parentum amicorum et benefactorum meorum remedium et salutem ad vsum fundationem et dotationem et profundatione et dotatione cujusdam collegii clericorum scholarium in Sacra theologia in medicina et in artibus in vniversitate parisiensi studentium disposui, ordinavi tradidi et donavi libere simpliciter et absolute et ad huc dispono ordino trado et dono perpetuo et irrevocabili donatione facta inter vivos quarum domorum duas majores cum earum appendentiis et ordinationibus ad eorum habitationem at que moram ordinavi ut inferius apparebit et omnes aliae vna cum certis aliis redditibus de quibus inferius apparebit ad dotationem capellae vel oratorii quod ad titulum beatissimae virginis dei genitricis mariae in eodem collegio pro divinis officiis in ibi perpetuo celebrandis

ordinavi et ordino et ad Sustentationem presbyterorum dicta
capella Servientium et Scholarium in dicto collegio dei gratia de
presenti et in futuro Studentium modo et forma inferius
ordinatis perpetuo remanebunt una cum decima de Sanavilla
rothomagensis diœcesis quam idem rex dominus noster ad
augmentationem eiusdem collegii incorporari fecit auctoritate
apostolica et uniri et duabus portionibus decima de marevilla
et gonevilla quas per excambium et loco feodi des bas quem
emeram de bonis adeo mihi datis acquisivi et duabus portionibus
decima de Croisilles et quadam portione decima de courceulla
vna etiam cum decem et octo Sextariis frumenti ad mensuram
bajocensis supra decimam de Barbevilla quæ omnia de bonis
adeo et rege mihi datis licet nomine dicti collegii acquisivi una
etiam cum aliquibus aliis redditibus per me parisiis acquisitis
christi igitur nomine humiliter invocato ad eiusdem collegii
seu ad dictorum Scholarium regimen et vtilitatem ordinavi
et statui ordino que et statuo per presentes atque volo
perpetuo et inviolabiliter observari et teneri omnia que
sequuntur

Capitulum 2um de numero Scholarium dicti collegii et in quibus facultatibus studere tenebuntur

In primis statuo volo et ordino quod ibi sint
quatuor pauperes Scholares magistri vel saltem licentiati in
artibus, studentes seu instruendi in theologica facultate
quorum duo erunt Sacerdotes si commode valeant reperiri
vel saltem unus eorum qui capelle eorum valeat deservire,
et quorum quatuor vnus erit prior collegii qui capiet et
habebit octo solidos parisienses pro qualibet septimana
et durabit toto anno et quilibet aliorum capiet et habebit
sex solidos parisienses pro qualibet septimana incipiendo
a festo Sancti remigii usque ad secundam diem julii
vbi sunt quadraginta septimane et ab illa

Secunda die julii usque ad sequens festum Sancte
remigii qui libet eorum capiet quinque solidos parisienses
pro qualibet septimana et ultra hoc ad dotationem
Capelle seu oratorii dicti collegii erit ibi vna bursa
sex solidorum proqualibet septimana pro sacerdote
vel sacerdotibus servitium in capella dicti
collegii celebrante vel celebrantibus perpetuo ordinata
que bursa capietur de pecunia collegii cum aliis et
ordinabitur ut dicetur inferius dum tractabitur de
officio sacerdotis et erunt in dicto collegio duo
studentes in facultate medecine qui capient pares
bursas sex solidorum parisiensium pro qualibet
septimana per quadragenta septimanas et quinque
solidos pro qualibet septimana per alias duodecim
septimanas;

Item volo quod ibi sint duodecim pauperes
scholares studentes in artibus logicam et
philosophiam audientes, quorum vnus erit principalis
qui habebit sex solidos parisienses pro qualibet
septimana et qui libet aliorum habilitres solidos
parisienses pro qualibet septimana per predictas
quadragenta septimanas et si facultates sufficiant
volo quod etiam in vacationibus aliqui eorum
habiliores ad proficiendum et electi per theologos
et medicos dicti collegii vel per majorem partem
ipsorum percipiant bursas suas secundum quod
provisori et visitoribus dicti collegii visum
fuerit expedire et erunt omnes dicti artista
de diœcesi bajocensi si ibi valeant idonei
reperiri, quod si non, de aliis partibus vicinis
et propinquis nationis tamen normanorum

Capiantur prout in Statuto infra Scripto continetur

De Scholaribus Regis

Item in dicto collegio erunt duo magistri in artibus parisiis qui Scholares regis vocabuntur pereundem regem Dominum nostrum pro legendo de scientiis mathematicis licitis ordinati et fundati, pro quorum fundatione et dotatione ac dicti collegii et divini servitij augmentatione ipse dedit collegio dicto decimam de caeneij ratione cujus decima dicti duo magistri percipient et habebunt usque ad Sõmmam duntaxat sexaginta librarum turonentium si dicta decima tanti valoris existat vel majoris, quod si non valeret tantum illud solum recipient ultra bursas quod etiam erit ulterius de dicta decima et remanebit itaque qui libet eorum pro bursa ordinaria habebit sex solidos parisienses pro qualibet septimana et durabit per totum annum et ultra hoc qui libet eorum habebit pro aliis necessitatibus suis decem libras turonenses in casu supradicto duntaxat quolibet anno quo continue leget de scientiis supradictis modo et forma inferius annotatis et tenebuntur illi duo magistri legere de scientiis mathematicis videlicet libros de quadrivio artium liberarium licitos per sacros canones vel per universitatem parisiensem nullatenus reprobatos quorum unus leget in vico straminum diebus legibilibus aliqua

hora pro legendo in artium facultate ordinata et alter-
leget de alio libro eiusdem quadricini in aula artistarum
dicti collegii diebus festiuis et horis in vniversitate pariis-
iensi consuetis quod si eorum aliquis non legat continue et
Laudabiliter de iisdem Scientiis de falcabitur sibi de
dictis decem libris turonensibus aliqua portio pro defectu
secundum ordinationem et judicium provisoris et majoris
partis Sociorum dicta domûs theologorum qua portio de
falcata adaugmentum servitii divini vel alibi ubi
dicti provisor et Socii ordinabunt convertetur, et si aliquis
eorum in dicta lectura deficiat per majorem partem anni de
dicto collegio et de bursis ac de toto residuo expellatur et
privetur et alter sufficiens et habilis loco eius subrogetur
Sed quia non legent ordinarie de dictis Scientiis
tenebuntur audire theologiam vel medècinam et quia
etiam in domo theologorum et cum theologis et medicis
morabuntur et manebunt et ordinabuntur et regentur
secundum ordinationes et Statuta dicta domus et provisori
et priori in Statuta et ordinationes tangentibus obedire
tenebuntur et vivere secundum regulam et modum
aliorum

Caput 3um

Capitulum 3. De modo et

ordine capiendi Scholares ~~seu recipiendi~~ Scholares
vtriusque facultatis et unde debent esse et primo de
artistis quia illi poterunt ascendere ad alias facultates

Item volo quod scholares in artibus supradicti
hoc ordine capiantur primo enim sex illorum erunt
de villa devennis seu vendis Bajocensis diœcesis unde
fui oriundus vel de villis circunstantibus et propinquis
si illic possint idonei et habiles reperiri et tres
erunt de villa vel civitate bajocensi vel villis

Circunstantibus et vicinis pro magistro roberto
clementis propter redditus et alia bona per ipsum magistrum
robertum clementis ad fundationem scholarium ordinata
quæ quasi perierant quia pro majori parte non poterant
admortisari qua omnia per vniversitatem ad requestam
nationis normanorum dicto collegio fuerunt attributa et
vnita, Item duo capientur de villa de sancto germano
desquetot quorum vnus erit sacerdos vel de villis
circumvicinis si illic valeant habiles reperiri ex
ordinatione magistri henrici vacaire qui ad hoc certum
reditum ordinavit et vnus de villis allemaniâ prope cadomum
vel de varavilla vel de villis propinquis ex ordinatione
magistri roberti heberti de allemania qui ad hoc faciendum
dimisit vnum librum cum certa pecunia et si scholares
in villis supradictis non valeant habiles ad proficiendum
in dicta scientia reperiri alibi de tota diœcesi bajocensi
vbi erunt habiles capiantur usque ad dictum numerum
et maxime de villis ad ubi redditus eorum et decima
situantur in diœcesi bajocensi vel de propinquis
Diœcesibus et vicinis alioquin indifferenter de tota
natione ita tamen quod si de diœcesi bajocensi sint aliqui
idonei pre aliis capiantur et maxime de villis nominatis
et propinquioribus ordinate procedendo et conferentur bursa
et recipientur scholares in domo artistarum per hunc
modum videlicet quod quotiescumque in domo artistarum
vacabit locus vnius scholaris cum bursa per priorem collegii
et principalem artistarum et in casu discordiæ vel absentiæ
alicujus ipsorum per alterum ipsorum cum majori
procuratore domus theologorum unus de villis nominatis
modo et ordine prælibato eligetur qui perdictos priorem
et principalem vel per alterum ipsorum cum dicto
procuratore presentabitur provisori personaliter

vel per litteras eorum Sigillis Sigillatas et illi duntaxat
et non alteri conferet provisor Seu magister dictas bursas
et Si per ignorantiam, fraudem Seu alio quo modo contrarium
habeat evenire, quod absit, tunc ad requestam Seu verbum
cujus libet requirentis vel quam primum ad notitiam provisoris
pervenerit dictus provisor hoc habeat reparare et recipiatur
ille qui debebit recipi Secundum Statuta et alius expellatur
(quod ad locum ante dictum). et Si aliquis dictorum
Scholarium artistarum cedat, decedat vel recedat aut
amotus (Sit excusa) vel ultra trés menses tempore
vacationum nisi computato Sine causa ligitima qua
provisori vel visitatoribus debeat Sufficere et Sine provisoris
Seu prioris licentiâ adicta domo Se abstentaverit alius
idoneus de Eadem villa vel de alia illi propinqua de qua
erat precedens recedens decederis vel amotus, loco illius capiatur
Sit de villis principalibus Superius nominatis: quod nisi
Fuerit de illis primo Si in illis reperiatur aliquis idoneus
capiatur et modo et ordine Suprà dicto provisori presentetur et
etiam Subrogetur ut numerus dictorum Scholarium quantum
erit possibile deo dante perpetuo conservetur

De modo et ordine capiendi Scholares in eodem collegio in theologie facultate

Theologi autem de Catero hoc ordine capientur quod
quando et quoties in domo theologorum vacabit Locus
unius Scholaris Seu bursa Si in domo artistarum Sit
aliquis magister in artibus vel licentiatus qui velit incipere
in artibus qui per priorem dicte domus et priorem de
harcuriam vel in eius absentia Seu in casu discordia
inter dictos priores per antiquiorem magistrum in
theologia vel in decretis Diœcesis Bajocensis vel totius
nationis normanorum Secularem tunc regentem
Cum altero dictorum priorum idoneus ad hoc et
habilis reputabitur et étiam eligetur Si velit haber

Dictum locum ~~cum~~ cum bursis provisori collegii vel magistro qui
erit pro tempore presentabitur sub sigillis prædictorum vel
saltem duorum ipsorum qui locum sibi et non alteri
conferet atque bursas et alius de villa unde ille qui
ascendit erat loco eius subrogetur si fuerit de villis
prius principaliter nominatis alioqui si in dictis villis
reperiatur idoneus de illis capietur vel de villis propinquis
sicut prius est expressum et si sint plura loca vacantia
cum bursis in domo theologorum de domo artistarum
illi si idonei et habiles ibi reperiatur secundum
judicium prædictorum qui ascendere voluerint capiantur
et presententur dicto modo; et si plures essent idonei et habiles
in domo artistarum vel de artistis quam essent loca
vacantia sive bursa vacantes in domo theologorum
ille vel illi capiantur solum qui adictis prioribus vel
priore et magistro eligetur seu etiam eligentur; et si
aliquis vel aliqui qui sint electi ad ascendendum de
domo artistatum ad bursas et domum theologorum
ascendere ad bursas theologorum renuerit vel
renuerint de domo artistarum et de bursis expellatur
seu expellantur et alius idoneus vel alii idonei loco
eius vel eorum subrogetur, vel etiam subrogentur
secundum tenorem statutorum ~~et~~ quod si plura loca
cum bursis fuerint vacantia quam essent scholares
habiles in domo artistarum vel qui vellent capere
dicta loca tunc capiantur de sancto germano
" desquetot vel de vendis vel villis propinquis si
" reperiantur extra domum artistarum habiles ad
" locum seu loca supradicta alioqui ~~et~~ de tota diœcesi
" dum tamen sint habiles capiantur alioquin
" etiam indeferenter capiantur de tota natione

normanorum secundum judicium prioris et magistri
predictorum et si contingat vacare unum locum cum
Bursa in domo theologorum et nullus sit sacerdos
in dicta domo nec etiam sit aliquis sacerdos in
Domo artistarum tunc extra domum unus sacerdos
habilis se valeat inveniri qui velit audire
theologiam capiatur secundum ordinem prelibatum
de sancto germano desquetot vel devendis vel de
villis propinquis si possit ~~ibi~~ aliquis habilis
ibi reperiri alioquin de tota diocesi ~~indiferenter~~ quod si ibi
nullus ~~ibi~~ inveniatur indiferenter de tota natione si
inveniatur habilis capiatur alioquin regatur capella
secundum statutum infra scriptum de officio
sacerdotis

De modo capiendi medicos in eodem Collegio

Item statuto volo et ordino quod quoties et
quando vacabunt locus et Bursa unius studentium
in medicina predictorum quod de domo artistarum
unus alter capiatur qui in loco et bursis sic
vacantibus in domo theologorum subrogetur dum
tamen sit magister in artibus vel licentiatus et
voluerit audire medicinam et quod ad proficiendum
in medecina per decanum facultatis medecine et
antiquiorem magistrum in medicina nationis
normanorum regentes qui tunc erunt parisiis et
priorem eiusdem collegii vel per duos ipsorum ad
hoc idoneus et habilis censeatur qui sub sigillis
dictorum de cani ac magistri et prioris predicte
domus vel duorum ipsorum presentabitur provisori
qui eidem et non alteri conferet dictas bursas; et si

contingeret duo loca medicorum simul vacare si sint
duo habiles in domo artistarum eodem modo eligantur
et ad domum theologorum eodem ordine transferantur
et habeant dictas bursas; et si essent plures in domo
artistarum qui vellent ascendere quam essent loca
vacantia medicorum habilior vel habiliores secundum
judicium dictorum de cani et antiquioris magistri
capiatur seu etiam capiantur et si in domo
artistarum nullus reperiatur ad hoc idoneus qui
velit bursas medicorum obtinere de tota natione
normanorum indiferenter capiantur dum tamen
sint habiles ad proficiendum secundum judicium
prædictorum ita etiam quod de Diœcesi Bajocensi
et maxime de vendis et de partibus vicinis si sint
aliqui pauperes ad hoc habiles primitus capiantur
et postea de diœcesibus propinquioribus ordinate
ut dictum est de artistis et poterunt dicti medici
dictas bursas obtinere usque ad licentiam videlicet
usque ad sex annos duntaxat dum tamen continue
per totum tempus legant vel audiant ~~in~~ medicinâm
et quam cito fuerint licentiati in medicinâ etiam si
~~infra~~ intra tempus prædictum loca et bursas
dimittant et alii habiles loco eorum subrogentur
modo et forma superius annotatis et si post
licentiam voluerint incipere infra tempus
ordinatum in Statutis Facultatis medecinæ
usquequo solum inciperint habeant dictas
bursas poterunt tamen in domo remanere non

Bursarii si ibi sit camera, vacua et si videatur
utile priori et majori parti bursalium Sociorum volo
tamen et ordino quod in qualibet Facultate in
Dicto collegio illi degenere meo si sint habiles etiam
si minus idonei seu habiles reputentur et postea alii
de diœcesi bajocensi in utraque domo cæteris præferantur
seu pra aliis capiantur

De modo capiendi Scholares Regis

Item Scholares regis taliter capientur videlicet quod
si aliquis dictorum Scholarium regis cedat decedat
vel recedat vel propter aliquam causam rationabilem
de dicto collegio expellatur si in diœcesi bajocensi
reperiatur aliquis ad hoc idoneus loco eius subrogetur
quod si non, ubi reperietur habilis et idoneus alibi
in ducatu normaniæ capiantur; et si in natione norman
non reperiatur aliquis ad hoc idoneus sufficiens in
differenter de toto regno Franciæ capiatur ita tamen
quod de partibus magis propinquis et ~~circumvicinis~~
cum Scholaribus illius collegii capiantur ut in dicto collegio
pax et concordia facilius et melius teneantur et
serventur

Capitulum 4um in quo ordinatur

Quod ~~in~~ tres Facultates sint unum solum collegium
et a quibus seu per quos dictum collegium debet regi et
redditus ipsius recipi et servari et bursarum omnium solui
et alia onera supportari

Volo insuper et ordino quod omnes illæ tres

facultates simul faciant vnum solum collegium cuius illi magistri et scholares bursales qui in domo theologorum morabuntur habebunt principaliter regimen et administrationem | ita quod nomine dicti collegii | recipient colligent capient et levabunt omnes fructus redditus et proventus dicto collegio pertinentes cum auxilio procuratoris artistarum et ponetur tota pecunia dicti collegii in archa communi et in ea servabitur ad utilitatem duntaxat totius collegii ita quod de dicta pecunia omnes Bursas tam theologorum quam medicorum quam etiam artistarum in dicto collegio ad bursas receptorum secundum rectam et veram proportionem solvere tenebuntur et omnia alia onera dicto collegio necessaria seu etiam oportuna supportare tam in sustentatione reparatione vel refectione domorum quam in aliis secundum statuta dicti collegii ordinatis et erit ibi unus prior ut dictum est et vnus alter superior ad totum collegium qui conferet dictas bursas secundum statuta ordinata dum vacabunt et vocabitur ille superior provisor dicti collegii vel magister de quorum officio atque posse inferius apparebit

Capitulum 5um de ordinatione

et divisione domorum in quibus remanebunt et de titulo et dotatione capellae et titulo seu nomine dicti collegii vel scholarium praedictorum

Item volo et ordino quod theologi et medici ac duo scholares regis separatim habitent atque vivant ab artistis ita quod dicti theologi et medici et scholares regis habitabunt et manebunt in majori domo mea qui est propinquior vico

pergamenorum et ecclesia Sancti Severini et artista in-
minore domo que facit angulum vici Soeni et est contigua —
Supradicta domus habitabunt et manebunt nec habebunt aliquid
Commune in cohabitatione excepta capella in qua convenient
ad servitium celebrandum juxta ordinationem apriore
inferius annotato faciendam, ita quod hostium —
capella medium inter dictas duas domos ex parte —
theologorum firmabitur duntaxat et claudetur et aperietur
per dictos theologos quoties et quando fiet servitium —
vel alius actus communis in capella ut artista intrare —
valeant ad servitium in eandem et ad alios actus in ibi-
faciendos et excepto quod scholares regis habebunt —
claves ostii nostri inter ipsos et librariam artistarum et in-
dictam libraria m poterunt intrare pro libito et studere

Prima capella fundatio

Item volo et ordino quod capella quam ad —
honorem dei et beatissima virginis maria matris ejus et
omnium sanctorum in dicto collegio et pro dictis —
scholaribus ad titulum ejusdem beatissima virginis —
ordinavi et fundavi capella Beata maria perpetuo nominetur
et vocetur et volo quod pro dotatione dicta capella primo et
principaliter remaneant et leventur due burse videlicet burse
sacerdotalis supradicta cum una bursa ordinaria dicti
collegii, ita quod semper in dicto ~~indicto~~ collegio sit unus —
sacerdos ad minus prout erit possibile qui habeat —
dictas bursas et ad servitium dicta capella per se
vel per alium idoneum et gratum collegio sacerdotem —
teneatur sicut magis exprimitur in capella titulo de officio
sacerdotis et volo atque ordino dictum collegium —
scholarium beata maria de diœcesi bajocensi perpetuo
nominari et vocari

Capitulum 6.m

de ordinatione archæ communis in quâ pecuniâ dicti collegii litteræ et sigillum reponentur et etiam servabuntur et de ordinatione clavium et claviger orum dictæ archæ et modo ponendi pecuniam in dictâ archa et dictam pecuniam ab ea removendi et in quibus casibus et per quos debet dicta pecunia in dicta archa apponi et deponi et qualiter poterit dictum collegium per novam fundationem scholarium augmentari

Item volo et ordino quod in dicto collegio sit prout est vna archa communis quæ superius et inferius habeat et habet duas partes principales in quarum prima est vnum scrinium vel una parva cista in qua reponetur et servabitur pecunia pro emendis redditibus sive libris et domibus sustinendis et alia grandia faciendis et erit ibi etiam una clavium secundæ partis principalis dictæ archæ in quo scrinio vel in qua parva cista sunt duæ claves quarum unam custodiet provisor dicti collegii vel unus qui per dictum provisorem et scholares collegii vel majorem partem ipsorum in aliqua visitationum semel in anno eligetur et aliam procurator artistarum et in alia parte primæ partis principalis videlicet in parte ampliori dictæ archæ reponetur et servabitur pecunia pro bursis soluendis et aliis communibus faciendis et sigillum et in ea etiam parte prima principali ~~externæ externis~~ sunt tres claues, quarum unam custodiet prior domus et aliam sacerdos hebdomadarius serviens in capella ~~signis~~ quis sit alioquin principalis procurator collegii et aliam principalis artistarum in secunda autem parte principali dictæ archæ communis erunt et servabuntur litteræ acta

et monumenta privilegia et alia grandia ad dictum
collegium spectantia in qua erunt duæ claves quarum unam
custodiet unus scholarium, in medicina dicta domus et alia ut
dictum est in parvo scrinio vel in parva cista prima archa
remanebit, et remanebit dicta archa in oratorio retro ubi est in
capella nisi ad eam reponendam locus tutior habeatur et quia
reditus et proventus dicti collegii pro majori parte sunt in
decimis et in granis quæ secundum cursum communem poterunt
augmentari in valore ideo si et quando veniet ad majorem
valorem quam illud quod requiritur pro solutione bursarum
ordinatarum volo et ordino quod residuum ponatur in archa
communi pro thesauro pro emendo reditus ad augmentationem
dicti collegii et cultus divini et pro sustentatione domorum
et ædificiorum et pro aliis necessariis modo et forma ordinatis
in statutis quæ sequuntur volo insuper ordino et statuo quod
quando cumque et quoties cumque in archa dicti collegii
supradictam pecuniam aliquam reponi contigerit vel in casibus
infra scriptis recipi amoveri vel extrahi de eadem ultra et
preter tres clavigeros dictæ primæ partis archæ pro tempore
existentes tres alii scholares dicti collegii unus videlicet
de qualibet facultate de quibus ipsi collegium ordinabunt
debeant semper personaliter interesse sine quibus omnibus
~~videlicet~~ clavigeris et tribus supradictis ordinatis in archa
supradicta in nullum eventum vel casum aliquid unquam
in ea reponi debeat vel ab ipsa etiam amoveri et circa hoc
habeatur talis modus quod in fine cuius libet septimanæ
videlicet in die veneris post computum expensæ eiusdem
septimanæ ad tardius procuratores dicti collegii et eorum qui
libet pro illo tempore veraciter et fideliter tenebuntur tradere
in eadem pecunia realiter et de facto et notificare dictis
clavigeris et tribus deputatis totum et quid quid de
fructibus reditibus burs et proventibus dicti collegii in illa
septimana levaverint receperint vel habuerint quoquomodo
et illos requirere ut tota dicta pecunia in dicta archa

integraliter reponatur vel saltem totum illud quod remanebit de pecunia ultra id quo necessario indigebit pro solutione bursarum vel aliorum necessariorum dicti collegii si indigeant prosequenti septimana quod si summa recepta ascendat ultra viginti libras turonenses dicti procuratores tenebuntur eam reddere et notificare infra duos dies integraliter prout supra et dicti clavigeri et tres electi ad hoc interesse tenebuntur et dictam pecuniam sic acceptam et traditam in dicta archa veraciter fideliter et integraliter reponere tenebuntur de qua pecunia sic in dicta archa reposita nihil penitus per magistrum provisorem priorem vel principalem seu per dictos scholares vel eorum aliquem seu quemcunque alium aliquo tempore possit vel debeat recipi vel amoveri nisi duntaxat quantum sufficiet singulis septimanis pro solutione bursarum magistrorum et scholarium bursalium et etiam sacerdotum collegii supradicti pro servitio faciendo vel nisi pro faciendis grossis garnissionibus dicti collegii quae facienda videbuntur de communi consensu collegii supradicti quae pecunia pro dictis garnissionibus recepta vel accepta de pecunia communi supradicta refundetur a dictis scholaribus de suo proprio et per ipsos et solvetur integraliter et in toto prout **in capitulo nono** inferius apparebit et in dicta archa iterum reponetur integraliter sicut sicut prius modo et ordine supradictis vel pro servandis seu levandis redditibus dicti collegii vel pro causis negotiis et juribus dicti collegii prosequendis tractandis et deffendendis de communi consensu totius eiusdem collegii vel majoris partis ipsius vel nisi pro imminentibus necessariis et utilibus refectionibus et reparationibus domorum in coopertura vel aliis aedificiis earum seu paramentorum et indumentorum capellae dicti collegii faciendis et communi consensu collegii memorati vel majoris partis bursalium sociorum vel pro emptione indumentorum et ornamentorum eiusdem capellae si

fuerit necessarium vel pro emptione mapparum et aliorum
utensilium dicto collegio necessariorum et pro aliis pro quibus recipitur
pecunia qua in dicta archa reponitur ad certum usum ordinata
per statuta vel pro luminari dicte capelle faciendo si non habeant
aliunde unde facere luminare vel nisi pro solvendo expensas procuratorum
vel aliquorum aliorum transmissorum extra villam pro negotiis et
de communi consensu eiusdem collegii vel de consensu majoris
partis bursalium sociorum vel pro solutione debita communium
famulorum vel nisi pro emptionibus et acquisitionibus
utilibus redditum ad opus dicti collegii occurrentibus sive
libris utilibus et necessariis dicto collegio et quod semper fiat
de consensu provisoris et de totius collegii vel saltem majoris
et sanioris partis bursalium sociorum. Statuo autem ordino et
volo ac expresse servari precipio quod tantum duntaxat
et non amplius de arcka predicta excipiatur vel extrahatur de pecunia supradicta
quantum necessarium fuerit pro
quolibet casuum predictorum cum emerserit aliquis casuum
eorumdem ita tamen quod etiam in casibus ante dictis vel
eorum aliquo nihil perpetuo de ipsa pecunia communi dicti
collegii recipi vel extrahi possit vel debeat per quemcunque
scholarem priorem principalem vel magistrum nisi duntaxat de
et cum consensu communi provisoris seu magistri et totius collegii
supradicti, expresse autem prohibeo quod in nullo alio casu vel
eventu seu pro alia quacunque necessitate vel causa aut quovis colore
quesito nisi solum et duntaxat in casibus predictis expressis
ut premittitur et concessis vel aliquo eorumdem et nisi per
modum superius expressatum magister seu provisor seu scolares
dicti collegii vel eorum aliquis seu quivis alius de pecunia
redditum seu proventum dicti collegii in dicta archa reposita
vel reponenda aliquo tempore recipiant vel extrahant quoquomodo
neque alicui de dicto collegio vel alteri cuicunque persone
de extra ipsum collegium in quocunque casu vel necessitate
quacunque mutuare vel alio quocunque titulo tradere possint
vel debeant aliquid de pecunia redditum vel proventuum
predictorum in ipsa archa reposita vel etiam reponenda. volo

autem ordino et statuo quod predicti reditus acquirendi
de pecunia dicti collegii totaliter deputentur seu ordinentur
augmentando numerum scholarium et bursarum ac divini
servitii in collegio supradicto ita quod de tot scholaribus
dictum collegium augmentetur quot ex redditu acquisito poterunt
sustentari secundum dicti collegii ordinationes et statuta ibi
facta et quod dicta augmentatio equaliter fiat in qualibet
facultate incipiendo tamen a theologis ita quod si dicti reditus
de novo acquisiti de dicta pecunia ad hoc se extendant primo
numerus theologorum de uno augmentetur et postea numerus
mediorum de uno deinde de uno numerus de artistarum.

Item volo et statuo quod quecunque persona
ecclesiastica vel secularis nationis normanie emerit et
assignaverit dicto collegio decem libras turonenses boni
annui et perpetui redditus admortisatas pro victu unius
artiste proquolibet anno per tempus ordinatum aut viginti libras
parisienses pro victu unius theologi vel pro uno medico tantum
jus habeat quandiu vixerit presentandi priori et magistris qui
erunt pro tempore super hoc ut dictum est specialiter deputatis
scholarem, seu scholares undecunque fuerint oriundi de dicta
natione juxta numerum victus vel victuum acquisitorum et
assignatorum per eundem et si presentatus idoneus vita et
moribus et habilis ad proficiendum per dictos magistros deputatos
ad hoc et ordinatos reperiatur per eos provisori seu magistro
presentetur qui eidem conferat bursas dictas in augmentum
numeri studentium collegii supradicti seu in restaurationem
si in posterum diminueretur; si vero secus fuerit ad hoc
eadem persona alium representet qui admittatur si sit idoneus
alioquin expellatur sicut prius sed si secunda vice juste repelatur
presentatus tunc presentans jus amittat presentandi illa

vue et tunc dicti magistri ad hoc deputati de alio idoneo Jure
illius qui victum constituit de Civitate vel diocesi per eum
ordinatis providebunt et illum dicto provisori presentabunt modo
dicto jure presentandi addictum locum dum aliàs vacaverit
sibi Salvo qui Scholares taliter augmentati videlicet tam
ex pecunia collegii quam ex ordinatione seu fundatione
alterius dicto collegio aggregentur et tales bursas et talia
commoda recipiant et eisdem regulis ordinationibus et Statutis
regulentur et subdantur sicut illi [redacted] de domo
Collegii cumquibus adjungentur et manebunt

Capitulum 7m. de sigillo dicti collegii et eius impressione et de modo sigillandi et ad quem dicti collegii impressio se extendat

Volo etiam et ordino quod habeant unum Sigillum
Commune quo utantur in contractibus totum collegium tangentibus
in cuius sigilli impressione erit imago Beate virginis
marie et illud in prima parte archa communis reponatur nolo
tamen quod aliquid reddituum proventuum vel domorum dicti
collegii sub dicto sigillo vendere valeant, nec alienare
quo quomodo nec quo ad hoc dicti sigilli impressio se extendat
Sed solum ad quittancias et procurationes faciendas et ad
illa quæ alienationem bonorum vel obligationem perpetuam
dictum collegium non abstringant et quotiescunque sigillabit
omnes clavigeri prima partis dicta archa sint presentes
vel aliqui loco eorum per totum collegium ordinati et tres
alii vel saltem duo illorum qui debent esse presentes eum
Clavigeris ad ponendum et deponendum pecuniam in archa
Communi ut scribitur in Statuto precedenti inhibeo etiam
dicto collegio et omnibus in ipso existentibus tam presentibus
quam futuris ne aliquid reddituum vendant seu alienent
domorum nec etiam dent ad censum perpetuum aliquam domorum
quas sibi acquisivi et dimisi ex causa (eorum) concedo tamen eis

quod Sia provisore et antiquiore magistro in theologia Seculari
vel decretis diocesis bajocensis vel in eorum absentia ——
antiquiori in eisdem facultatibus totius nationis normanorum
et ab omnibus Scholaribus et magistris collegii expediens —
et utile judicetur quod aliqua earum vel aliqua ad vitam —
eum bonis et securis obligationibus personarum valentibus ——
concedantur dum tamen obligent se seure pro collegio ad —
omnes reparationes dictarum domorum tam grossas et magnas —
quas parvas et minutas faiendas et alias non, et solo quod —
in omnibus procurationibus factis pro collegio sub dicto sigillo
caveatur et etiam exprimatur quod procuratores non habeant
potestatem alienandi redditus dicti collegii nec tradendi ad —
censum perpetuum dictas domos nec ad vitam nisi modo ——
supradicto

Capitulum 8.um De librariis dicti Collegii et qualiter debent servari

Erunt etiam in dicto collegio dua libraria ita quod —
in qualibet duarum domorum erit una libraria in qua —
ponentur et cum cathenis legabuntur libri ad Scientiam
Studentium in domo pertinentes ita quod in libraria —
theologorum erunt libri ad theologos et medicos pertinentes ——
et libri logicales et philosophia et mathematicales in libraria
artistarum nec aliquis habeat clavem librariarum nisi ——
Scholares bursarii domorum pradictarum et de libraria —
artistarum Solum illi bursarii habeant claves in quibus
constabit principali quod sciant et velint dictam librariam
cum libris fideliter et prudenter custodire nec demittant
aliquem extraneum Solum esse in dictis libraris quin —

intersit aliquis Sociorum quandiu extraneus ibi erit Sub-
poena unius bursa et restitutionis librorum Si perdantur in toto
vel in parte et quicumque intromiserit aliquem extraneum in-
predictis librariis cum illo remaneat quandiu idem extraneus ibi
erit et caveat diligenter ne aliquid deperdatur Sub poenã unius-
bursa et restitutionis illius quod perdetur nec intromittatur per-
quemcumque in aliqua librariarum predictarum aliquis extraneus-
Suspectus vel ignotus Sine licentiã principalis in libraria
artistarum vel prioris in libriariã theologorum Sub poenã vnius
bursa; jtem in habeo Sub poenã vnius bursa ne aliquis Scribat
vel Scribi faciat in aliquem librorum dicti collegii interlineariã
Sive glossas in margin-atibus vel in textu nisi fiat per-
deliberationem omniun vel majoris partis bursalium Sociorum

Capitulum 9um De Statutis

Tangentibus theologos et eorum domum et capellam
dicti collegii et primo de officiis dicta domus

Ad regimen autem theologorum et capella dicti
collegii Specialius Statuo et ordino qua Sequuntur et-
primo quod in domo theologorum Sint quatuor officiales
hebdomadarii Scilicet Sacerdos, clericus, - et lector et prepositus - et quia theologi Sacerdotes
tenebuntur divinum officium celebrare ratione divini officii
incipio ab officio Sacerdotis circa quod Scilicet divinum
officium et illud tangentia Statuo et ordino atque volo fie-
fieri inviolabiliter observari quod in Solemnitatibus fiat
in capella communi dictorum Scholarium Solemne Servitium
vesperarum matutinarum et missarum in festis quorum
habebunt Servitium in libris Super hoc pro capella ordino
et Secundum quod prior dicto collegio ordinabit Item
presbyter hebdomadarius vnam missam omni die cito post
primum pulsum Seu cliquetum Sancti jacobi matthurini celebrabit
vel per alium idoneum et gratum collegio Sacerdotem faciet

celebrari cum nota die festo et in Sabbato de beata virgine
vel alia die Septimana si dies Sabbati fuerit occupata et die
Luna vnam missam sine nota pro defunctis nisi fuerit occupata
vel in alia die Septimana si dies luna fuerit occupata caeteris
autem diebus Scolasticis sine nota et semper tali hora celebretur
quod Scholares post missam competenter accedere valeant ad
Sermonem universitatis in diebus in quibus in vniuersitate fiet
Sermo item bis in anno celebrabitur cum nota missa pro
defunctis fundatoribus et benefactoribus collegii Supradicti
videlicet in crastino conceptionis beatae mariae virginis et in
crastino purificationis eiusdem et in omnibus istis tenebuntur
personaliter interesse tam Theologi et medici quam artistae a
prima oratione usque ad finem missae et si aliquis eorum
defuerit Solvat quatuor denarios ad vtilitatem communitatis
Sociorum domus in qua remanebit qui die veneris post
computum per Solventur nisi excusationem legitimam habeat
quae Sufficiat principali seu priori et majori parti Sociorum
et si tribus diebus deficiat privetur bursa vnius Septimanae
ut si ad hoc fuerit assuetus principalis vel prior dicta
Domus tenebitur per Suum juramentum revelare provisori
nolo tamen artistas diebus et horis quibus et legitur in
facultate sua ad Servitium obligari et tenebitur
Sacerdos Supradictus dicere vesperas matutinas et missas
Supradictas cum benedictione mensae si in domo remaneat
theologorum et redditione gratiarum in domo Supradicta
ut ad istud officium tenebuntur omnes Sacerdotes bursales
et non bursales per ordinem alternatis Septimanis et si quis
eorum in hoc defecerit pro qualibet missa in qua defecerit
Solvet Sexdecim denarios qui Solventur in die veneris
illius Septimanae et ad communem utilitatem omnium

Sociorum illius domus bursas ponentium in illa Septimana
convertentur et habebit presbyter hebdomadarius bursam
Sex Solidorum parisiensium de qua prius fit mentio in
primo Statuto ultra bursas ordinatas Si capiat bursas
domus et similiter non Bursarius dictam bursam capiet ordine
Supradicto pro qualibet Septimana in qua Servitium celebrabit
et Si non sint nisi duo sacerdotes qui velint alternatis
diebus Septimana celebrare qui libet eorum habebit tres
Solidos ultra bursam communem aliorum et durabit per
totum annum tam ad bursales quam non bursales sacerdotes
missas ut dicitur celebrantes et non tenebitur Sacerdos
hebdomadarius ad officium propositi in septimana qua
Servitium celebrabit et Si contingat quod in domo theologorum
nullus sit Sacerdos qui valeat in capella deservire et sit
aliquis Sacerdos vel sint aliqui sacerdotes in domo artistarum
tenebuntur facere officium in capella et ibidem deservire
et devinum Servitium celebrare ita quod Si defficiat unus
Sacerdos theologus unus Sacerdos artista Si sic illic supplebit
Locum eius et Si duo defficiant in domo theologorum duo
artistæ sacerdotes Si sint in domo artistarum facient
officium
Servitium in capella usquequo duntaxat in domo theologorum
Sacerdos vel Sacerdotes habeantur et percipient bursam
Sacerdotalem prototo vel pro parte sicut facerent et facient
theologi Sacerdotes dum serviunt in capella et Si non sit
Sacerdos in aliqua duarum domorum qui valeat deservire
tenebuntur
in capella theologi de sacerdote idoneo uno vel pluribus
providere predicto servitio faciendo usque quo duntaxat in dicto
collegio sint Sacerdotes unus vel plures qui in dicta capella
possibile quod modus pro
dendi sit talis quod si sit competenter valeant deservire et volo si sit aliquis pauper
Scholaris denatione normaniæ cuiuscunque facultatis vel si non
inveniatur de dicta natione alius idoneus de alia natione
capiatur qui velit illo tempore capellæ deservire et quod
habeat dictam bursam extra domum et cum hoc id quod

videbitur dicto collegio vel majori parti sociorum expedire
itam ~~tamen~~ tamen quod in capella ~~capella~~ collegii omni die fiat missa
ad expensas dicti collegii et si non sit pecunia communis
de qua possit competenter provideri, volo quod bursa theologorum
et medicorum de illis duodecim septimanis que sunt in
vacationibus generalibus videlicet a festo Sancti petri in junio
usque ad festum Sancti remigii ad hoc faciendum capiantur
et teventur et nullus eorum illo tempore capiat bursas in dicto
collegio nisi prior (ad) dictum collegium sine sacerdote vel
sacerdotibus sic ad dictum servitium competenter faciendum
remanebit sed quam cito et quandiu in dicto collegio erit
sacerdos unus vel plures sacerdotes qui facient servitium
competenter volo quod prima et principalis ordinatio
omnibus aliis cessantibus teneatur. item prior Domus
theologorum servabitur in pixide firmata jus parochia seu
cura vel curati Sancti severini et sibi reddet in quolibet
anno in crastino pasche totum illud quod in dicta pixide reperietur
et etiam reponetur officium clerici de capella erit post pulsum
seu cliquetum prodictum campanam domus pulsare pro missa
ter ad minus ante missam vinum et aquam et alia necessaria
querere et afferre et altare cum auxilio clerici de domo ornare
prout decet epistolam legere et per totam missam presbytero in
super licio ministrare et si in hoc defecerit, sex denarios
societati solvat pro emenda nisi alteri commiserit suas vices
qui eas debite exequatur; nolo tamen quod aliquis
studentium ad serviendum in capella in persona diebus
ethoris legibilibus obligentur sed alteri committat vices
suas vel alicui servientium si sit aliquis idoneus qui
deserviat loco ejus et tenebitur dictus clericus capella
dispensatorem dicte domus cum opus fuerit ad serviendum
in convitiis adjuvare si sit de domo theologorum et ad
illud officium tenebuntur omnes scholares dicte domus preter

quam sacerdotes et illi de artistis quibus per priorem theologorum illud officium injungetur

Sed officium Lectorum in domo theologorum erit tale videlicet quod in majoris comestione theologorum lector leget de biblia in principio convivii et in fine et die festo quo fiet sermo in universitate, reportabit de sermone vel de collatione provedebit et in fine mensa resumpto thematе dicet tu autem Domine miserere nostri aliis vero diebus in parva comestione loco collationis idem lector vel sacerdos dicet omnis spiritus laudet Dominum tu autem domine miserere nostri et surgent omnes deposita mensa et reddent gratias cum depro fundis et inclina Domine in fine secundum modum et sub penis in ferius ordinatis et tenebuntur omnes socii ad officium supradictum exceptis magistris in theologia si qui sint et priore et de isto officio transibunt immediate ad officium dispensatoris seu prepositi dicta domus officium autem dispensatoris vel prepositi erit istud videlicet propane carnibus et piscibus emendis cum clerico domus ire vel vnum de sociis domus pro se miltere qualibet die de misiis receptis cum eodem clerico computare scribere et summare et in diebus veneris cum clerico societati de omnibus reddere rationem et tenebitur fideliter et qualiter omnibus sociis distribuere prout melius poterit in cameris et in mensa istum vero juvabunt clericus de capella et famulus de domo cum vno sociorum quem vocabit si viderit expedire. et omnibus aliis inhibetur ne aliquis eorum sibi vel alteri in mensa presumat ministrare sub pena sexdenariorum ad vtilitatem communitatis sociorum die veneris a transgressoribus persolvendorum et ista quatuor hebdomadaria officia apriore per ordinem assignentur. volo etiam quod in executione predictorum competens silentium idem prior faciat observare et puniantur transgressores per penas ordinatas in statutis, erit tamen ultra ista quatuor officia nominata in dicta domo

theologorum vnum aliud officium videlicet officium
procuratoris seu procuratio quod officium durabit per totum
annum et dequo dicetur inferius quando de procuratoribus
fiet sermo. ✝ item quilibet legens vel audiens theologiam
manens in domo theologorum tenebitur ter in anno vel bis
ad minus in aliquo festo notabili de sero facere vnam
brevem collationem in latino in capella scholarium in
presentia omnium dicti collegii sociorum. ✝ item quilibet
habeat bibliam cum sententiis si poterit bono modo. ✝
item quilibet eorum a principio sic proficere studeat
quod infra septimum annum inclusive se reddat habilem
ad predicandum per villam et legendum minores cursus
suos et sententias anno decimo consequentur alioquin
de collegio expellatur nisi causa ligitima excusetur quod
sufficiat visitatoribus dicte domus sed districtius inhibeo
ne propter hoc aliquis in cautte se ingerat ad predicandum
vel legendum nec vnquam aliquis de domo legat nec
predicet nisi per eodem visitatores cum consilio duorum
vel trium seniorum de domo ad hoc habilis judicetur et
quando contigerit aliquem dicte domus legere in theologia
permitto quod in principio sue lectura et in fine det potum
societati amicabilem si velit ita tamen quod ultra
chopinam vini non ascendat proquolibet sociorum, nec ad
hoc faciendum aliquis compellatur vel cogatur violenter. item
aliquis non remaneat bursarius in domo theologorum qui
habeat triginta libras parisienses vel ultra annui reditus
in patrimonio vel beneficio ecclesiastico in scholis residendo
nisi legat sententias et tunc non admittatur si habeat
sexaginta libras parisienses annuatim ut prefertur, et
idem de medicis volo etiam observari videlicet quod post
quam habuerint triginta libras parisienses annui

reditus parisiis portatas quod amplius non capiat dictas bursas sed alius loco eius subrogetur. volo tamen quod provisor vel magister collegii ex causa rationabili super quo conscientiam ipsius onero cum personis et utriusque domus habentibus dictas summas reditus vel parum ultra dispensam valeat personis duntaxat ad proficiendum bene aptis.

Capitulum 10.^m de Statutis pro artistis specialiter ordinatis.

In Domo artistarum erunt tria officia scilicet principalis et præpositus et etiam procurator de officio autem principalis dicetur postea suo loco quando tractabitur de electione principalis.

officium præpositi erit in domo artistarum consimilia facere sicut dictum est de preposito in domo theologorum et eum juvabit sub prepositus illius septimanæ et inhibetur omnibus aliis de domo ne aliquis eorum sibi vel alteri in mensa præsumat ministrare sub pœna supradicta et ad istud officium tenebuntur omnes tam bursales quam non bursales in dicta domo remanentes. officium procuratoris dicetur infra quando de officio procuratorum fiet sermo circa finem statutorum. Item statuo et ordino quod nullus admittatur ad bursas in domo artistarum qui habeat duodecim libras parisienses vel ultra in patrimonio vel beneficio ecclesiastico annuatim in scholis residendo.

Item nullus recipiatur in domo artistarum qui non sit habilis et idoneus ad audiendum vel legendum in vico straminum logicam vel philosophiam naturalem.

Item statuo et ordino quod siquis artistarum a tempore ingressus sui in domum licentiatus non fuerit in artibus infra quintum annum inclusive quod a domo

Expellatur et alter loco illius subrogetur vel saltem si in vico Straminis ad arguendum et respondendum non surgat et dignus licentiâ merito reputetur a principali et priore, item postquam aliquis dictorum Scholarium fuerit licentiatus in artibus infra triennium incipere teneatur, item postquam aliquis prædictorum artistarum incepit in artibus et legerit per tres annos existens in domo non remaneat ibi ~~nec~~ et non bursas obtineat ultra sed alius idoneus loco eius subrogetur secundum modum et ordinem prius dictum. Item nullus qui sit magister in artibus de Novo recipiatur ad bursas artistarum. Item nullus canonicus ecclesiæ cathedralis recipiatur ad bursas artistarum, ~~et etiam si post quam fuerit ad dictas~~ bursas admissus, fiat canonicus cathedralis, amplius non habeat dictas bursas sed alter loco eius subrogetur. Item quilibet artistarum de libro de quo audierit a principio ordinarii sibi provideat et illum ostendat principali dictæ domus. Item nolo quod artistæ pro determinationibus eorum vel licentiis vel principiis adducant ad domum turbam sociorum nec faciant potationes nec convivia nisi modica si voluerint et secreta cum licentiâ provisoris vel prioris. Item nullus Scholarium in artibus intret examen ad Licentiam sine licentiâ prioris dicti collegii et de consilio principalis sub poenâ privationis ad dicta domo neper eius repulsam scandalum alii patiantur.

Sequuntur statuta generalia totum collegium tangentia

Capitulum II.^m in ordine totius

De ordinatione et assignatione Camerarum et quantum ad generalia statuta etiam primam.

ad huc circa statutum Scholarium utriusque

Domus dicti collegii generaliter statuo et ordino atque volo observari et teneri omnia quæ sequuntur, primo — quod dictis studentibus tam in theologiâ quam in artibus quam etiam in medecinâ cameræ assignentur per magistrum collegii seu provisorem prout sibi melius videbitur expedire ita tamen quod ponderatis moribus et scientia assignentur — eis camera sive loca sed quilibet bursarius provideat sibi de proprio lecto et aliis sibi necessariis ultra bursas. Item volo quod quilibet de assignata sibi camera per dictum — gubernatorem provisorem seu magistrum sit contentus. Item volo quod dñi studentes simul maneant et ponantur in qualibet camerâ in domo artistarum et in domo theologorum duo medici in eadem camera locabuntur videlicet in camerâ quadratâ supra vicum ubi est vna fenestra aspiciens — in jardinum alii autem locabuntur secundum ordinationem provisoris. * Item volo quod bursarii non bursariis in cameris præferantur nisi causa appareat propter quam domus tota inde possit prævalere

Capitulum 12um de — hospitatibus et Sociis.

Item statuo et ordino quod si quis scholaris — secularis idoneus nationis normannorum desideret cum dictis scholaribus habitare et sit eiusdem facultatis si in aliquâ domorum sint loca vacua ultra illud quod requiret habitatio bursalium sociorum recipiatur a provisore vel magistro secundum quod ad hoc poterunt se extendere loca domus solvendo bursam et conducendo cameram — secundum taxam per priorem et majorem partem bursalium sociorum domus in qua erit ordinatum et solvendo —

vel emendo tantum de munitionibus quantum reperietur in domo
tempore sue receptionis proportione cuius libet Scholaris juxta
estimationem prioris et majoris partis Sociorum. et non recipiatur
" ibi monachus nec ibi recipiatur Scholaris alterius nationis nisi
" de consensu et assensu provisoris et omnium Sociorum collegii
" supradicti ita tamen quod de aliis nationibus non recipiantur
" nec remaneant in vna domo nisi duo. Item volo et statuo quod
qui libet non bursarius qui in aliqua dictarum domorum
recipietur juret statuta et ordinationes dicte domus in qua
recipietur quandiu ibi morabitur observare et ad illa servanda
et tenenda teneatur sicut Scholares bursarii dicte domus
tenebuntur et tenentur et etiam ad poenas et emendas in
statutis ordinatas. Item nullus non bursarius recipiatur in
aliqua dictarum domorum nisi sit habilis ad proficiendum
bona vita et conversationis honesta et nisi audiat vel legat
scientiam quam audient bursarii dicte domus. Item quilibet
non bursarius habeat unum Scholarem de domo vel unum de extra domum acceptum principali
vel priori qui pro eo respondeat si domui vel sociis in aliquo
teneretur. Item qui libet non bursarius pro mappis
et aliis munitionibus que viu continue consumuntur, solvat
in principio cuius libet anni infra quindenam a tempore sui
introitus octo solidos parisienses. Item Scholares non
Bursarii solvant locagia suarum camerarum in festis
nativitatis, et pasche demonela currente illis terminis et
ad solvendum hoc et tenendum per priorem et principalem
compellantur per arrestationem et detentionem omnium
bonorum suorum quahabebunt in dicta domo vel alia prout
sit in harcuria et sorbona. Item volo et ordino quod
pecunia habita et levata locagio cameraxum in
reparationem domorum dicti collegii convertatur et custodiatur
et levetur per dictum principalem et priorem usque ad

Computum generalem et tunc in archa communi reponatur ad usum supradictum

Capitulum 13^m in ordine totius

Demodo convivendi Scholarium utriusque domus et maxime

Circa comestionem et est Capitulum 3^m

in Statutis generalibus. Circa modum convivendi dictorum Scholarium utriusque domus volo et ordino quod tam theologi et medici ~~simul~~ quam etiam artistæ simul comedant in prandio et in coena qui libet in aula sibi deputata secundum quod in aliis collegiis Scholarum parisiensium eiusdem conditionis extitit ordinatum ac etiam consuetum. Item a festo omnium Sanctorum die jejunabili usque ad quadragesimam theologi non comedant in aula donec omnes lectiones et collatio si fuerit terminentur. Item quod a pascha usque ad pentecostem prodiebus Scholasticis ordo parvi convivii de mane ad vesperam non mittetur. Item pro omni horâ prandii vel coenæ clericus domus theologorum in domo ipsorum pulsabit campanam videlicet pro prandio post Eleuationem Sacramenti in ecclesia Sancti mathurini parato cibo et pro coenâ sicut prior ordinabit, et tunc dispensator seu præpositus debet venire ad dispensandum et ille cuius interest ad mensam Benedicendam sub poenâ trium denariorum et tunc facta benedictione ad mensam procedant nec ille cuius est legere, vel tu autem dicere propter super venientes tardius tu autem dicere dimittat, ne unius vel plurium expectatio fiat pluribus onerosa et sedeant in mensa sicut venient, dum tamen prior theologorum et magistri in theologiâ si qui sint et principalis in domo artistarum habeant prima loca et qui pulsatâ campanâ in domo fuerit et ad mensam non venerit nihil habeat nisi panem exceptis tribus casibus infra scriptis. Si autem extra fuerit et cito venerit post introitum ad mensam comedat cum aliis vel non habeat nisi panem; si vero post medium comestionis venerit sufficientem portionem sibi tribuat dispensator; si vero post redditionem gratiarum nihil habeat

nisi panem sed in die jejunabili pro magno prandio panem et vinum
habeat si cito venerit et non comederit et volo nihil ominus quod circa hoc
Ex causâ rationabilis admittatur qua in sequentibus casibus
explicatur puta si veniat de lectione vel disputationibus sue
Facultatis sermonibus vel ordinibus celebratis vel de extra
villam causa necessitatis non ludi vel de societatum negociis per
tractandis deque in domo theologorum fidem facient priori et
in domo artistarum principali in presentia sociorum. Item
artiste a festo Sancti remigii usque ad paschâ in die legibili non
comedant in aula nisi semel duntaxat in die videlicet in coenâ et
in mane non habeant nisi panem et vini vnam chopinam Sancti
Dionisii vini bursalium et non comedant in aula mensa posita nec
sedendo nec propter hoc de mane se congregent in cameris ad
potandum nec pro illis horis aliud vinum capiant in tabernâ
nec in domo nisi de licentiâ principalis vel nisi fuerit propter
causam rationabilem que debeat sufficere principali Sub
poenâ duodecim denariorum in diebus vero non legibilibus et
a pascha in antea usque ad festum Sancti remigii comedant
in aula si velint bis in die et in quacunque commestione cibo
parato pulsabitur per famulum seu clericum ipsorum sicut
de theologis fuit dictum. Item in utrâque domo semper in
hora prandii in ingressu mensa fiat benedictio in domo
theologorum per presbyterum hebdomadarium vel in eius
absentiâ per priorem et in domo artistarum per prepositum
vel in ejus absentiâ per hebdomadarium sacerdotem si sit
de domo artistarum vel per principalem dicte domus et in
fine reddantur gratia per eundem et in utrâque domo
reddantur gratia per hunc modum videlicet quod in fine
comestionis de posita mensa omnes surgant tunc ille cujus
intererit dicere gratiarum actiones dicat omnis spiritus
laudet dominum tu autem domine miserere nostri et in fine
de profundis cum oratione inclina pro animabus

fundatorum et benefactorum dicta Domus nec in aliqua
Comestione propter gratiarum brevitatem dimittatur de profundis
cum oratione Si autem ille qui ad hoc tenebitur ut prefertur
propter aliquam causam negligenter hoc dimittat Solvat quatuor
denarios ad vtilitatem Societatis in die veneris post compitum
~~persolvendos~~ persolvendos. Item in vtrâque domo in horis superius
ordinatis omnes comedant in aula vniformi convictu, ut prius
est expressatum ~~casu~~ necessitatis duntaxat excluso et hanc
necessitatem ~~in tribus~~ casibus declaro videlicet in infirmitatis
articulo tempore ~~mi~~minationis vel pro hospitibus. in infirmis
autem nullam legem impono Sed eos volo pie meseriorditer
pertractari ita quod possint in camerâ comedere et vnum de
Socijs cum eis vocare qui eis Solatium faciat et juvamen et cum
aliquis ~~mi~~minutus fuerit volo quod Secum possit vocare vnum
vel duos Socios in prandio et in cenâ

Capitulum 14um.... de hospitibus et est 4ta.... in Statutis generalibus.

Item de hospitibus Si sint tales quod pro eis
debeat pretermitti de quibus volo ita
aula ordinari videlicet quod nullus propter famulum
aut personam minorem Socio communi dicta Domus aulam
dimittat nec propter æquales nisi sint tot quod ipsos tunc
non possit recipere Societas competenter Si aliqua vero
vel aliqua persona venerabiles supervenirent de quibus
Domus vel persona adducens possit honorem vel commodum
reportare duci poterunt ad cameram comesturi et poterit
Socius adducens convocare aliquem vel aliquos Sociorum
ad deferendum eis Societatem et habebunt Socii de domo
in omnibus casibus praditis Secundum taxationem
Dispensatorum potus et cibi debitas portiones et residuum
quod ultra habebunt persolvant competenter Item
quicunque adducere proposuerit plures hospites

ad prandium vel ad coenam hoc clerico domus significet antequam cibaria preparentur vel nihil habebit pro hospitibus nisi cibus remaneat abundanter post completum servitium sociorum et etiam famulorum. Item recipientes hospites in cameris tempestive sibi de omnibus prouideant ne per eos in officio famulorum communitatis servitium perturbetur. Item eorum fragmentum pro beneficiariis reddatur clerico domus. Item sic solvant pro hospitibus omnia quod communitas non lædatur. Item nullus adducat sepe socios ad potandum supra communitatem et qui hoc fecerit communitati persolvat secundum arbitrium dispensatoris. Item nullus hospes remaneat in domo ultra quinque dies sine licentiâ provisoris

Capitulum 15.um de statutis Generalibus honorem totius collegii tangentibus.

Item ad huc circa statum universalem totius collegii volo omnia quæ sequuntur observari et teneri et primo de tarde venientibus vel nimis mane à domo recedentibus modo indebito et suspecto quod per principalem vel priorem moneantur horis debitis de domo recedere et venire quod nisi faciant sed ad hoc assueti fuerint per priorem vel principalem provisori vel magistro sub poenâ vnius bursæ reveletur vel si scandalum facerent ad exeundum vel intrandum in quibus casibus a toto collegio expellâtur. Item statuo quatenus qui libet sociorum cum aliis amicabiliter et pacifice convivat, ita quod unus non dementiatur alterum injuriose sub poenâ sex denariorum ne opprobriose opprobriosa sibi dicat sub poena

duodecim denariorum nec animo mali dolo seu graviter percutiat aliquem Sociorum sub poenâ privationis de domo nec aliquem servientem sub poenâ unius Bursa qua poena pecuniaria communitati Sociorum applicentur et tradentur ut infra apparebit in statutis. Item nullus verba in honesta in capellâ proferat nec jurgia moveat aut contra alium Socium litigiosè contendat sub poenâ sex denariorum nec etiam in mensa sub poenâ duorum denariorum prout supra. Item quod omnes in capellâ et in mensâ loquantur Latinum et in aliis locis communius quam in linguâ materna qui autem secus fecerit solvat duos denarios pro qualibet vice ad utilitatem communem Sociorum. Item nullus comedat in villa nisi cum personis et in locis honestis. Item in villa Socii comedentes et precipuè illi qui jacebunt solvant bursam cum excessibus non obstante quod sepius vel per totam hebdomadam comederint extra domum ut á frequentia talium comestionum arceantur. Sed qui in parte septimana extra villam fuerit solvat prorata pro qua fuerit in villa velut hospes. Item nullus in villa jaceat extra domum sub poenâ medietatis unius bursa nisi de licentiâ prioris vel post factum coram ipso sufficienter se excuset precip nullus ad hoc se assuescat sub poenâ privationis a domo caterum si post inhibitionem sibi factam idem commiserit, de collegio expellatur, item nullus de collegio bibat in tabernâ tabernaris sub poenâ sex denariorum pro qualibet vice nec ad hoc se assuescat sub poena unius bursa quod si assuefactus fuerit et post monitionem trinam provisoris vel prioris non dimittat a Collegio penitus expellatur. Item omnes

" aluppanaribus caveant sub poenâ privationis a domo

et aBursis. Item nullus portet arma extra domum nec faciat portari per alium maxime ad invadendum quemquam sub poenâ vnius bursæ et siquis de collegio invasserit quemquam Scholarem vel alium, vel inverit ad melleyas vel insultus ipso facto atoto collegio expellatur nec cum eo super hoc dispensetur nisi per episcopum parisiensem qui tunc erit vel eius officialem toto collegio requirente et cum vno non dispensetur nisi semel. x Item nullus de collegio mulieres cuiuscunque status vel conditionis existant ad domum de nocte adduere presumat nec de die nisi fuerint tales et in tali societate quod constet priori domus et societati quod inde nulla mala suspicio debeat suboriri sub poena privationis a collegio supradicto. x Item nullus ludat cum taxillis sub poenâ vnius bursæ nec ad hoc se assuescat sub poena privationis adomo et aBursis. x Item nullus ludat ad pillam in aula seu alibi infra domorum collegii continentias nec alibi publicè ubi debeat perdere vel lucrari nec etiam ad alium ludum inhonestum vel qui debeat inhonestus reputari sub poenâ duorum solidorum. Item exhortandi sunt scholares ut vadant per villam bini et bini ne de eis mala suspicio oriatur. x Item non portent vestes curtas, nec strictas, nec sotulares rostratos nec laqueatos vel decisos vel longas comettas, sed honestam habeant vestem et decentem cum deceat præcipuè pauperes scholares ad eos qui foris sunt se decenter habere; si autem secus fecerint per magistrum vel priorem prout ei videbitur, corrigantur. x Item nullus teneat canem in aliqua domorum sine licentia prioris vel provisoris. x Item nullus de Collegio vadat ad coreas extra domum in qua inoratur nec ad coreas nationis, nec alio quovis modo. Item nullus

domum

mittat extra vasa Societatis Sine licentia conservantis sub-
poenã duodecim denariorum et reddendi ea si perdantur. jtem
nullus deponat immunditiam infra domorum continentiam sub-
poenã duodecim denariorum. jtem Scholares dicti collegii
differant diligenter lectoribus Sua facultatis propter collegii
honestatem et in eorum defectibus quos perceperint ipsos
amicabiliter advertere faciant et procurent. idem volo
Circa predicatorem observari Si contingat aliquem de
collegio predicare. jtem diebus dominicis et festivis omnes
Scholares vadant ad Sermonem universitatis diligenter
nisi pro negotiis domus ex licentiã principalis vel prioris aut
ejus consensu aut pro aliqua lectione privata in aliqua arte
licita fuerint impediti. jtem nullus legat vel audiat
aliquam Scientiam ab ecclesia prohibitam. jtem nullus
theologus vel medicus presumtet Sed ad lecturam nisi de
consilio et assensu provisoris vel prioris consultorum quod
per tales in collegium vituperium Seu Scandalum
nullatenus patiatur. jtem nullus adducat Socios extraneos
ad deliberationem Seu congregationem Speciales Sociorum
pro Suis necessitatibus ordinandis, et cum tractabitur
deprivata utilitate Scholarium bursalium, non bursales
non interesse nec vocentur: tamen in congregationibus totam
communitatem tangentibus quantum ad modum victus
Bursarum vel Servitii domus omnes tam bursales quam
non bursales poterunt interesse. jtem in deliberationibus
Societatis nullus dicat aliquid nisi apresidente in congrega-
tione fuerit primitus requisitus et tunc dicat pacifice
nec aliquis Sociorum presumat interumpere verba alterius
Sub poena unius denarii pro qualibet vice. Jtem volo quod
omnes emenda et poena pecuniaria in utrãque domo ad
vtilitatem communitatis Sociorum convertantur et levent
et quod die veneris prima post quam fuerint debite post
computum persolvantur et ad hoc per priorem vel principal

Compellantur debitores. Item denovo venientibus volo et ordino quod denovo veniens ad domum bursarius vel non bursarius nihil pro introitu solvat in camera vel in aula nec vinum det ultra chopinam cuilibet socio de mediocri pretio, hoc salvo, quod quilibet bursarius denovo veniens sexdecim solidos parisienses solvat principali vel priori infra quindenam post eius introitum si habeat facultatem de quo sibi credatur per suum juramentum pro cyphis argenteis domui pro usu scholarium acquirendis vel libris emendis vel domibus reparandis secundum ordinationem provisoris qui sexdecim solidos cum aliis in archâ fideliter reponantur, et hoc salvo, quod de non bursariis est scriptum. Item accedentes vel recedentes ad domum vel de domo vinum sociis minime propinabunt nisi voluntariè quod si detur cuilibet chopina cum patientiâ toleretur

Capitulum 16um de disputationibus

Item volo et ordino quod semel ad minus in hebdomada in utrâque domo disputetur de quæstione ad domum vel ad socios pertinente videlicet in domo artistarum et una de questione logicali aut philosophiæ cuius titulus post gratias dictas die veneris dicetur a principali sub poenâ sex denariorum et proponetur die sabbati post cœnam per prepositum qui precessit in hebdomada precedenti et per principalem domus: dicta questio deducetur respondent vero ordinabitur per principalem videlicet quilibet idoneus in ordine vicis suæ et qui libet scholarium tenebitur arguere si sit potens et in domo theologorum questio ad eos pertinens disputetur de qua prior ordinabit. Item quolibet mense in dominica vel in festo si sit festum

habeant vnam disputationem communem omnibus tribus facultatibus de materia communi cuius termini sint noti cuilibet facultati sive sit naturalis, methaphisica, mathematica vel moralis de qua respondeant successive illi qui ad hoc idonei judicabuntur per priorem dicte domus de quâ questione titulus dicetur dominica precedenti et ad quam omnes potentes arguere tenebuntur, et post quam libet disputationem cantent in qualibet domo vbi disputabitur anthiphonam ave regina cælorum alta voce in disputationibus vero communibus toti collegio veniant ad Capellam ad disputandum et etiam ad cantandum

Capitulum 17^mum de disputatione vinorum

Item Statuo et ordino quod garnitiones vinorum et lignorum et aliorum scholaribus necessariorum fiant per procuratores dicti collegii cum aliquibus aliis per priorem et majorem partem sociorum deputatis ut in capitulo de officio procuratoris inferius apparebit et si ad hoc faciendum in archâ communi dicti collegii aliqua pecunia capiatur per hunc modum refundetur primo quantum ad ligna qui libet bursalium sociorum tenebitur solvere integrè pro sua portione infra mensem in domo theologorum priori et in domo artistarum principali post quam recipiet suas bursas et qui libet non bursarius solvat suam portionem antequam eis possit uti, de vinis autem garnitione in atrâque domo sic Statuo ordinari quod vina tradantur ad bursam in aula per taillam seu rotulum et similiter in cameris proprio taxationis sociorum et volo quod rotulus vel taillia vnius cuiusque dolii immediate quod exhaustum fuerit vinum per clericum domus tradatur in unâ domo priori et in aliâ principali

qui debebit colligent pecuniam procuratoribus refundendam luero
tamen si quod fuerit penes eorum quem libet reservato ad utilitatem
Sociorum et tenebitur qui libet Solvere integrè infra octo dies pro
Suâ portione ita quod tota pecunia prodictis garnitionibus
Faciendis ab archâ communitâ deposita et recepta reponatur
integraliter in eodem ordine prelibato. Item annuatim circa
purificationem fiat collecta Super Socios pro Solvendo in aulâ
consumptorum et pro deperditione vinorum Siqua fuerit et
renovatione mapparum et taxlium Sicut est in Sorbonâ fieri
consuetum et etiam locagiis famulorum et illa colliget
vel colligi faciet prior ab utrâque domo et eam tradet
procuratoribus et tenebitur qui libet qui debebit Solvere infra
octo dies post quam inter Socios fuerit ordinatum Sub
poenâ Substractionis bursarum et Sub eâdem poenâ Solvere
tenebuntur delignis, et devino in terminis Supradictis. Item
Siquis ultra quindenam bursam pro taillia excessum burse aut
aliter deberit in domo artistarum et in aulâ per principalem
aut propositum bis monitus fuerit bursa Sua arrestetur quousque
Satisfecerit competenter qua bursa Si rebellis fuerit in debiti
Diminutionem nullatenus de Salcetur et idem fiat in
Domo theologorum perpriorem

Capitulum 18um.... De tempore et modo

Visitandi Dictum collegium et per quos debet visitari et
divisitantium potestate et de modo exequendi poenas per
Statuta presentia ordinatas.

Item Statuo volo et ordino quod prefati Scholares
utriusque domus bis in anno visitentur et si opus
Sit corrigantur Secundum Statuta pro vtilitate

Collegii ordinata et fiet dicta visitatio in prima hebdomada
novembris et consimili Septimana aprilis proxime subsequentis
per provisorem seu magistrum et priorem theologorum dicti
collegii, vna cum priore theologorum de harcuriã vel in eius
absentiã cum antiquiori magistro in theologiã Seculari dioecesis
bajocensis tunc regentis Si sit aliquis alioquin totius
nationis que voluerit interesse ita quod Si antiquior
noluerit vel non poterit interesse ãtiquior post ipsum capiatur
et sic ultra requiratur quousque unus eorum habeatur et
habebit visitator extraneus vigenti solidos pro toto anno
videlicet decem solidos pro qualibet visitationum predictarum
et Si provisor seu magister propter aliquam causam non
valeat interesse loco eius Subelemosinarius regis capiatur
et poterunt dicti visitatores omnium Scholarium et
magistrorum dicti collegii deffectus corrigere Si qui sint
et poenas de linquentibus infligere prout eis vel majori
parte ipsorum visum fuerit expedire et de rebus et
negotiis dicti collegii inquirere et ea in bonã ordinatione
tenere vel Si indigeant ad bonam et utilem dispositionem
et ordinationem reducere vel facere reduci Secundum Statuta
Super hoc ordinata tam de capellã et eis que pertinent ad
Capellam et ad Servitium in ea faciendum quam de
illis que ad Servitium faciendum tenebuntur et tenentur
et poterunt etiam bursas de linquentium Suspendere
Simpliciter vel ad tempus, et Si aliquis dictorum Scholarium
fuerit inhabilis propter mores Seu laudabiliter non
profecerit pro tempore per quod fuit indomo exinde
abiiciatur per eosdem et omnino expellatur. volo insuper et
ordino quod in executione poenarum omnium Statutorum
hujus collegii, tam privationis domorum quam bursarum
Simpliciter vel ad tempus et in aliis correctionibus quam
in emendis et poenis aliis spectantibus ad Statuta

per illum vel illos ad quem vel ad quos secundum dicta statuta pertinebit summarie et deplano et non ordinarie procedatur et quod pro omni informatione et probatione sufficiat si ille ad quem spectabit sive sit provisor ~~sufficiat si ille ad quem sive sit provisor~~ et magister sive prior vel principalis dicat se in consentiâ super hoc informatum sine alio processu qualiumque et aliquis dedicto collegio presentem ordinationem vel eius executionem infregerit seu eidem contravenire temptaverit ipsum privari volo dicto collegio et expelli ac etiam ab eodem collegio ipsum privatum reputo et teneo ipso facto

Capitulum 19m De electione prioris et procuratoris et eorum officiis et de tempore eligendi

De electione vero prioris sic ordino et volo observari quod unus de dictis theologis eiusdem domus vel de commorantibus cum eisdem de natione normanorum per magistrum et theologos eiusdem domus aut majorem partem ipsorum in ipsius domus priorem in festo sancti luca annis singulis assumatur et presentetur provisori et si contingat eum cedere recedere vel decedere infra annum alius loco eius pro residuo temporis infra quinque dies eligatur et provisori presentetur et si contingat provisorem esse extra villam sic quod dictus prior non possit commode sibi personaliter presentari eidem provisori per litteras presentetur et erit officium prioris supradicti demissis predicationibus jejuniis disputationibus lectionibus et collationibus inter ipsos theologos et artistas faciendis festis sanctorum servitiis mortuorum et consimilibus disponere et etiam ordinare et socios in mensa de honesta vita exhortari necessaria sociorum in mensa vel alias quando viderit opportunum

proponere hoc proviso quod congregationes non faciant post vinum et deliberationes Sociorum exequi per se vel per illos quorum intererit Socios delinquentes in parvis vel mediocribus casibus Solum et in majoribus cum provisore corrigere et qua Libet die veneris Summam bursarum bursalium Sociorum et qualibet die dominica procuratorum missias in papiro Scribere et receptas et in fine anni, Suum Scriptum contra Scriptum aliorum affere ad computum dictæ domus. Item domum artistarum qualibet hebdomada visitare et in vna disputatione ipsorum principaliter et personaliter interesse et in manibus istorum duorum videlicet provisoris et prioris promittet qui libet de utrãque domo in Suæ receptionis principio dictis provisori et priori reverentiam et obedientiam exibere in licitis et honestis quandiu in collegio remanebit et alia juramenta infra Scripta et habebit dictus prior ultra alios bursarios Si Sit Bursarius duos Solidos parisienses pro qualibet Septimana et Si non fuerit bursarius habebit etiam duos Solidos in qualibet Septimana pro reverentiã Sui Status.

Capitulum 20.m de Electione Principalis et de eius officio.

Principalis autem artistarum de cetero Sic eligetur quod provisor et prior dicti collegii vocatis Secum procuratoribus cum vno Scholarium in theologia et altero in medicina dictæ domus eligent magistrum in artibus de domo artistarum quem Secundum eorum consentias quas Super hoc onero Scient esse utilem et idoneum ad exercendum officium et regimen principalitatis dictæ domus et volo quod illi de diocesi bajocensi et de partibus propinquioribus Si Sint habiles in hoc aliis præferantur quod Si provisor in dicta Electione principalis non valeat interesse, loco ejus Sub elemosinarius

Si possit haberi capiatur alioquin Si in dictâ electione eveniret discordia quod absit loco elemosinarii et sub elemosinarii Si vnus eorum nequiverit interesse antiquior Scholarium regis in eodem collegio fundatorum capiatur et erit officium principalis Supradicti indictâ domo presidere pro suo tempore et in disputationibus et in mensâ disputationes assignare et tenere et de preposito et Sub preposito ordinare, Silentium competens custodire provisori Seu magistro domus Statum Societatis et Sociorum referre bursas indie veneris Scribere Similiter procuratorum missas et receptas qualibet Septimana et affere ad comptum Scriptum Suum.

Item prior et principalis in principio Studii de famulis in utriusque domus providebunt cum consensu majoris partis Sociorum cum eis convenient de salario competenti et habebunt Salarium Suum quilibet in officio Suo Secundum forum cum eis factum vel Secundum taxationem legitimam eorumdem prioris et principalis quod cum aliis computabitur in taillia communi et ter in anno Scilicet in festo omnium Sanctorum natali et paschæ fiat inquesta Super eos per provisorem vel in sui absentiâ per priorem qui de eorum Sufficientia inquiret per Socios et eos faciat retineri et repelli Secundum quod reperiet eos dignos

Capitulum 21^m^ De Electione procuratorum et eorum officio

Item indicto collegio erunt duo procuratores de quorum electione Sic volo ordinari et teneri quod procuratores majores eligentur infra quatuor dies post quam fuerit creatus prior novus; et erit unus eorum de theologia et alter De artistis qui fructus, reditus et proventus Seu obventiones et omnia alia quæ ad eorum Spectant officium recipient et custodient diligenter et fideliter dispensabunt pretermittent

inutilia et utilia pro viribus procurabunt ac etiam bis in anno videlicet mense aprilis et octobris immediate sequentium in magistri priorisque ~~ac~~ theologorum dictæ domus presentia et sex antiquorum artistarum et prioris de harcuria fideliter computabunt et si antiquior magister in theologiâ vel decretis secularis ~~m~~ diœcesis bajocensis actu regens voluerit in dictis computis poterit interesse et subelemosinarius regis poterit interesse si voluerit et volo quod dies et hora cumputandi eisdem intimentur; et si provisor dictæ domus in dictis computis non valeat interesse supplicetur dictis priori et magistro quod intersint; et si dicti procuratores bene se habuerint poterunt in fine anni continuari pro anno sequenti bonum tamen videbitur quod aliquando mutentur ut plures sciant et cognoscant statum collegii et reditus et loca ubi reditus capiuntur et cum prædictis ad eosdem procuratores spectabunt capellæ ~~de~~ vestimenta et alia bona servare et eidem capellæ de cera et oleo et vtrique domui de necessariis providere et recipient omnia domus debita, data et legata vel quomodo libet collegio spectantia et erunt procuratores tam ad negotia quam ad causas ita tamen quod erunt ad expensas collegii quoad causas; Item ea quæ erunt in villa ad suas expensas nisi opporteat litigare et ea quæ erunt ~~extra~~ ex villâ villam ad expensas collegii procurabunt sed si pro juribus ~~et~~ reditibus collegii oporteat parisiis litigare, hoc erit ad expensas collegii et non procuratorum prædictorum et quid quid recipient in eadem pecunia reddere collegio tenebuntur et in archa communi omnia quæ recipient fideliter reponentur sicut prius est expressum et habebit istorum qui libet tertiam partem vnius bursæ de domo sua in qualibet hebdomada pro ipsorum pena et labore et si isti non remaneant in

tempore vacationum vel si non possint commode facere quæ
sequuntur duo alii procuratores videlicet de qualibet
Domorum ~~unus~~ eligentur, unus in festo beati joannis baptistæ
et eligentur ut priores et tenebuntur circa augustum de
Lignis et circa vindemias divinis datas domos præmunire
ita tamen quod dictus prior cum ipsis aliquos alios socios
de consensu societatis ad emenda supradicta deputabit
et erunt pericula vinorum emptorum et lucrum si quod
venerit in illis super societatem similiter et lignorum
nisi pericula ipsa per culpam alicujus contigerint in quo casu
solus culpabilis teneatur et si primi remaneant facient
officium supradictum

Capitulum 22um De juramentis

rioris principalis procuratorum et omnium Scholarium
in generali etiam de juramentis specialibus Scholarium
regis et librarias utriusque domus tangentibus et primo de
juramento prioris et principalis ✝

Et quia expedions et justum est quod dicti
officiari jurent sua officia fideliter exercere et etiam quod
Scholares utriusque domus aliqua faciant juramenta volo
et ordino quod ipsi jurent modo et forma quibus hic
subscribuntur juramenta primo egitur prior collegii sic
jurabit ego prior collegii seu agregationis Scholarium
" beatæ mariæ de diœcesi bajocensi promitto et juro ad hæc
sancta dei Evangelia ame corporaliter sponte tacta
statuta presentia et etiam alia si qua per fundatorem
collegii edi contigerit quantum ad me pertinet pro posse
observare et ab aliis prout melius potero facere
observari et non consentire nec permittere quod

de pecunia redditum vel proventuum dicti collegii in archa
et thesauro eiusdem collegii reposita vel reponenda seu de
ipso thesauro aliquo tempore aliquid amoveatur vel recipiatur
nisi duntaxat in casibus superius enarratis et per modum
superius expressatum et inventarium faciam de rebus bonis
et juribus omnibus dicte domus antequam de ipsius prioratus
|et principalitatis| officio me in aliquo intromittam vel bursas
recipiam hujus domus ipsius-que prioratus |et principalitatis|
officium secundum scire et posse meum diligenter et fideliter
exercebo, sic me deus juvet et hec sancta dei evangelia

Juramentum procuratorum

Procuratores autem sic jurabunt ego talis
" procurator collegii scholarium beate marie dediocesi
Bajocensi parisius fundatorum promitto et juro ad hec sancta
dei evangelia ame corporaliter sponte tacta reditus et
proventus omnes et singulos dicti collegii preteritos presentes
et futuros fideliter procurare exigere et levare ac in eis
procurandis exigendis et levandis omnem quam potero
diligentiam adhibere sine fictione quacunque et quid quid
recepero notificare et ostendere priori et clavigeris archa
thesauri dicti collegii quà pro conservatione pecunia seu
thesauri dicti collegii ordinatur videlicet secunda die si
fuerit recepta in villa vel si fuerit de extra villam ad-
portata post quam fuerit ad-portata et recepta si summa
recepta ascendat usque ad vigenti libras turonenses et ad
~~quam~~ quamcunque summam ascendat quod dictam
pecuniam tradam ad tardius die veneris in fine cujuslibet
septimana ut in statuto archa superius est expressum et
dictam pecuniam sic receptam integraliter et in formâ in
qua eam recepero illam tradam priori et clavigeris in
presentiâ aliorum trium sociorum ad hoc ordinatorum

ut præfertur Sine fraude et quantum in me est toto posse procurabo quod illa die in dicta archa reponatur et conservetur nec consentiam quod de pecunia vel thesauro dicti collegii per quemcumque aliquid amoveatur, recipiatur vel expendatur nec per me vel alium amovere recipere ~~vel~~ et expendere Seu ministrare nisi in casibus superius consessis et per modum superius expressatum et inventarium facere de bonis et rebus officio meo ordinatis et commissis antequam de officio procuratorum me in aliquo intromittam vel burras recipiam dicta domus ac de omnibus receptis et expensis et administratis per me bis in anno quolibet prout in quodam Statuto est superius declaratum plene ac fideliter computare causas et negotia ac jura dicti collegii diligenter et fideliter prosequi tractare vel defendere posse et omnia alia ad officium meum pertinentia secundum scire et posse meum bene diligenter et fideliter exercere ac magistro et priori dicta domus obedire in præmissis et aliis omnibus licitis et honestis ordinationes quoque et Statuta præsentia et alia omnia Siqua per fundatorem nostrum fieri contigerit in futurum prout ad me pertinebit servare pro posse Sic me Deus juuet et hæc Sancta dei evangelia

Juramentum Scholarium

Ego talis Scholaris collegii Beate maria de Diocesi Bajocensi promitto et juro ad hæc Sancta dei evangelia ame corporaliter sponte tacta ordinationes et Statuta omnia præsentia et etiam ²alia ¹omnia Siqua per fundatorem nostrum fieri contigerit prout ad me pertinet Seu etiam pertinebit servare pro posse et magistro provisori et priori (ac etiam principali Si sit artista) obedire in premissis et aliis licitis et honestis, et non consentire quod de pecunia et thesauro

dicti collegii per quemcunque aliquid amoveatur recipiatur
vel expendatur nisi in casibus in presentibus ordinationibus
et statutis ordinatis, delaratis et promissis et per modum
superius expressatum Sic me deus adjuvet et hec Sancta dei
evangelia

Juramentum Speciale Scholarium Regis

Item qui libet Scholarium regis jurabit ad
Sancta dei evangilia in suo introitu et quando juramenta
renovabuntur quod non leget dogmatisabit, seu docebit aliquam
Librum Superstitiosum seu aliquam conclusionem
Superstitiosam vel fidei catholica jnimicam, jtem Si contigat
eum reperire in disputationibus collationibus vel lecturis
aliquam propositionem vel questionem quam tangat fidem
Catholicam et aliquam Scientiarum predictarum quod illam
Determinabit pro fide catholica et docebit et si ipse vel aliquis
ipsorum faciat contrarium, quod absit, alicujus predictorum
ipso facto privetur a toto collegio et aburris et a toto residuo
et alter ad hoc idoneus et Sufficiens in dicta domo loco illius
Subrogetur

Juramentum Pro libraria.

Item Volo insuper et ordino quod quilibet de Novo
Receptus in dicto collegio theologus Seu medicus vel
artista in Sui receptione Specialiter et expresse cum
predictis juramentis juret ad Sancta dei evangelia
corporaliter per ipsum tacta quod omnes et Singulos libros
tam librariarum quam capelle dicti collegii Fideliter
Servabit Sicut Si essent Sui et quod nullum eorum
vendet, prestabit vel donabit Seu aliter alienabit in toto
vel in parte nec alienari faciet vel permittet quod possit
impedire nec aliquem dictorum librorum de libraris

ordinatis removebit vel consentiet amoveri nec a pulpitibus ubi
pendent deligari quoquomodo nisi propter necessitatem religandi per
deliberationem totius collegii et consensum provisoris et si sciverit
aliquem qui fecerit contrarium alicujus promissorum vel fieri
permiserit vel fieri procuraverit hoc revelabit provisori vel priori
sub debito juramenti qui prior tenebitur provisori revelare et cum
eo si sit opus prosequi malefactorem pro restitutione super hoc
faciendo

Capitulum 23um de modo faciendi

Inventarium de Rebus Collegii et quando debet
fieri et depublicatione Statutorum et de Reservatione mihi facta
de provisione administratione et Declaratione vel Correctione
predictorum

Item statuo et ordino quod de omnibus utensilibus
et ornamentis et aliis communibus quibuscunque tam in
domo theologorum quam etiam artistarum fiat inventarium
et quod singulis annis prima Septimana quadragesimae
fiat ostentio promissorum presentibus provisore seu magistro
si valeat interesse ac priore principali et procuratoribus dicte
domus et fiat comparatio seu collatio ad inventaria dedicta
rebus prius facta et si contingat aliquid defuisse diligenter
requiratur et si quid fuerit de novo acquisitum in Inventario
fideliter reponatur de libris autem utriusque libraria fiat
Inventarium ter in anno videlicet in principio ordinarii et prima
Septimana quadragesima et in fine ordinarii in ultima
Septimana faciendo semper collationem cum inventario
precedenti. Item volo quod omnia statuta mea et ordinationes
supradicta bis in anno videlicet in festo omnium Sanctorum

et in cathedra Sancti petri coram omnibus Sociis utriusque
Domus per priorem vel per alium de precepto dicti prioris
publicentur et legantur: retineo autem pro me et reservo
provisionem, administrationem et gubernationem dicti collegii
vel prædictæ congregationis quandiu vixero in humanis et
potestatem moderandi exponendi et mutandi ordinationes
et statuta supradicta addendi vel diminuendi circa illa
cum consilio tamen et auxilio peritorum et volo quod post
" Decessum meum ordinationes et statuta pro tunc facta
" et corecta inviolabiliter observentur,* et ab omnibus
" de novo recipiendis in utrâque domo antequam recipiantur
" jurentur solemniter et teneri promittantur cum aliis
" Juramentis supra scriptis nec aliquid præmissorum per
" provisorem vel priorem vel quemcunque alium revocari vel
" etiam immutari valeat nisi forte vtilitate totius collegii
" imminente et ad requestam omnium Sociorum; et si
" fiat hoc fiat duntaxat in anno mense januarii vel
" decembris cum consilio peritorum ad hoc per regem
" Commissorum

Capitulum 24.um de officio Provisoris seu magistri

" Volo tamen et ordino quod post decessum meum
" elemosinarius regis qui pro tempore erit et sui successores
" regum elemosinarii habeant administrationem et collationem
" Bursarum collegii supradicti prout decet tum quia idem
" rex dominus noster dictum collegium in redditibus
" ad mortisationibus et libris multipliciter augmentavit adeo
" quod sibi debetur principaliter nomen et auctoritas fundatoris
" ac etiam collatoris tum quia sui gratia hoc mihi
" concessit de gratia speciali et poterit dictum collegium

+TT.

quotiescunque voluerit visitare et defectus Si qui sint corrigere
+p.42 et tenebitur bis in anno Secundum Statutum ante Scriptum si
commode possit dictum collegium visitare vna cum aliis
visitatoribus Supra Scriptis et de negotiis dicti collegii ordinare
Secundum Statuta Supra Scripta et Sinon possit ad hoc vacare
Subelemosinarius intersit loco ejus et quia pluries posset
contingere quod dictus elemosinarius aliquibus Sui officii
negotiis occupatus vel impeditus ad examinandum Scholares in
dicto collegio recipiendos vacare Seu intendere non valeret et
quod etiam non haberet plenam notitiam terminorum theologie
medicine Seu philosophie in quibus facultatibus et Scientiis
dicti Scholares Studere ordinatur deo dante ideo ex nunc
pro tunc, prout placuit regie majestati volo et ordino quod
dicta bursa hoc ordine conferantur, quod quando vacabit
Bursa ~~vel~~ locus unus in domo artistarum quod dictus
elemosinarius illi duntaxat conferat locum atque Bursas
qui Sibi presentabitur per priorem theologorum et principalem
artistarum collegii Supradicti vel qui Sibi presentabitur per litteram eorum
Sigillis Sigillatam et quando in domo theologorum vacabit
Locus atque bursa illi duntaxat conferat dictum locum et bursas
qui Sibi presentabitur per priorem dicti collegii et priorem
Scholarium de harcuria et quando vacabunt loca Seu bursa
vnius medicorum illi duntaxat conferat qui Sibi presentabitur
Secundum Statutum Super hoc prius Scriptum et Si aliquo
tempore contingeret in futurum, quod absit, quod elemosinarius
illo tempore non posset vel non vellet dictum provisoris officium
exercere Si Subelemosinarius regis dicto tempore velit dictum
officium acceptare volo et ordino quod in casu Supradicto
dictus Subelemosinarius habeat et exerceat dictum officium
provisoris et eamdem habeat in omnibus potestatem quam
dictus elemosinarius habuisset vel habeat extenore

" Statutorum et si nullus illorum duorum dictum provisoris
" officium voluerit aceptare quod absit tunc antiquior magister
" in theologia diocesis bajocensis tunc regens actu parisiensis quod
" Si nullus fuerit eo tempore, antiquior magister actu regens
" parisiensis in decretis Secularis quod Si nullus tunc fuerit,
" antiquior magister in medicina regens parisiensis sit provisor
"dicto diocesis, et pro tunc habeat totam potestatem attributam
" provisori per Statuta Supra Scripta et Si aliquis
" predictorum sit provisor et recedat de parisiensis per duos
" menses continue unus alter loco eius capiatur et etiam
" Subrogetur, et volo quod Si aliquando dictum officium
" provisoris ad quemcumque alium propter quamcunque causam
" transferatur quod quando cumque et quotiescumque regis
" elemosinarius vel Subelemosinarius dictum officium voluerint
" exercere omnibus aliis indicto officio vel ad dictum officium
" preferantur et quod Sibi remaneat modo dicto omnibus
" aliis extra missis; et volo quod quicumque officium provisoris
" habebit exercere omnia teneatur adimplere Sicut elemosinarius
" regis tam quod in presenti artículo quam in aliis continetur.
quibus quidem litteris apostolicis et Statutis hujus modi
per nos ut premittitur receptis fuimus ex parte dictorum
Scholarium humiliter et instanter requisiti ut ad
examinationem et reformationem approbationem et
confirmationem Statutorum prescriptorum juxta traditam
per litteras apostolicas easdem nobis formam procedere
dignaremur

Nos inquam aymericus episcopus prefatus
hujus modi justis Supplicationibus magistrorum et
Scholarium predictorum annuentes et cum omni qua possumus
promptitudine in hujus modi negotio procedere cupientes
predicta Statuta seriosius visitavimus et secimus

per expertos universitatis visitari et quia visis per nos et
diligenter perscrutatis statutis prescriptis et non tantum semel
sed pluribus citeratis vicibus et cum maxima deliberatione
maturoque consilio examinatis ipsa statuta reperimus rite feliciter et
prospere facta et ordinata fuisse et esse ipsaque cedere ad
utilitatem et commodum salubreque regimen magistrorum et
scholarium predictorum et eorum collegii personarum quam omnium
in eodem degentium id circo et nos statuta predicta modo et forma
quibus superius describuntur auctoritate apostolica qua
fungimur in hac parte approbamus et tenore presentium
confirmamus ipsa que auctoritate predicta poenis in eisdem
statutis comprehensis roboramus et ea sub poenis ipsis
precipimus et jubemus a scholaribus et personis in eisdem
statutis et nominatis et contentis tam presentibus quam futuris
firmiter observari, contrarium vero facientes poenas ipsas
+ cel. inuirere et ab ipsis eas exigere debere et posse authoritate eadem
decernentes ut in dictis statutis continetur. preterea cum inter
" statuta prescripta aliqua inferantur que statum honorem
et commodum ac regimen dicti collegii et personarum eiusdem
specialius tangunt et tangere videntur adeo quod per eorum
" destructionem seu malam observantiam et si fieret contrarium
" intentio fundatoris fraudaretur et collegium posset pati
" detrimentum sicut est statutum de modo capiendi scholares
" in utraque facultate et eisdem bursas conferendi quod sic
" incipit. Item volo quod scholares in artibus supradicti
p. 8. " hoc ordine capiantur et sic finit ut in dicto collegio pax
et concordia facilius et melius teneantur et serventur. Item
H.D.D. statutum de archa communi collegii quod sic incipit. Item
volo et ordino quod in dicto collegio sit prout et una archa
communis &c. et sic finit et postea numerus medicorum

de uno deinde de ~~uno~~ uno numerus artistarum; Item
Statutum aliud de sigillo dicti collegii quod sic incipit volo
et ordino quod habeant unum sigillum et sic finit, nec ad
vitam nisi modo supradicto Item Statutum de juramento
Scholarium quantum ad librarias et librorum conservationem
quod sic incipit. Item volo insuper et ordino quod qui
libet de novo receptus et sic finit pro restitutione super hac
facienda. * [hinc est quod ~~illa~~ prima Statuta de quibus specialem
" facimus mentionem praeceteris observari volumus ac de verbo
" ad verbum custodiri et teneri [quod si aliquis eligentium
" et presentantium dictos Scholares contrarium fecerit per
" ignorantiam in advertentiam vel malitiam seu ali~~tem~~ quo
" quovis modo et fuerit requisitus de reparando attentata in
" prejudicium Scholarium quantum ad loca unde debent capi
" sicut latius in dicto articulo de hoc mentionem faciente
" continetur nisi fecerit debitum et posse suum diligenter
" erga provisorem de reparatione attentati seu attentatorum
" secundum Statuti supradicti formam continentiam et
" tenorem] et qui cumque contra Statutum de ordinatione
ponendi et deponendi pecuniam in archâ communi aliquid
fecerit dictam pecuniam retinendo vel de archâ deponendo,
alienando mutuando vel ali~~ter~~as distribuendo dictam pecuniam
quovis modo~~m~~ nisi et in casibus et jnforma expressatis in
Statuto praelibato et qui cumque reditus seu domos dicti
Collegii alienaverit vel consenserit alienari aut dictum
Collegium obligari in prejudicium successorum et in
quantum poterit se non opposuerit et qui cunque etiam
in aliquo contra Statutum de juramento Scholarium
quantum ad librarias et librorum conservationem aliquid
" fecerit sententiam excommunicationis jncurrant ipso facto
" et ipsos et ~~in~~ quemlibet ipsorum per modum Statuti et dicta
" Statuta quod ad hoc roborando sententiam

" Excommunicationis ferimus in his Scriptis hac etiam promulgamus
" absolutione illorum qui præfatas Sententias jncurrerint nobis et
" Successoribus nostris in mortis articulo duntaxat vel apostolicæ
" Sedi omni modo reservatâ et ut premissa omnia et Singula
perpetuè robur obtineant firmitatis ad futurorum memoriam
presentes litteras per notarium publicum infra Scriptum in
5 may. hanc publicam formam redigi ac suis Signo et Subscriptione Signari
1378. mandavimus notrique Sigilli fecimus appensione communiri. actum
et datum in domo nostra episcopali parisiensi anno domini
millessimo trecentesimo Septuagesimo octavo indictione prima
mensis vero maii die quinta Sede apostolica ut dicitur vacante
per obitum felicis recordationis domini gregorii papæ vndecimi
præfati qui pontificatus Sui anno octavo diem Suum clausit
extremum presentibus venerabilibus et discretis viris dominis
gregorio georgio de Rayn curato parrochialis ecclesiæ devillari
sicco nostræ diœcesis aqui legiensis et joanne Cossus
attrebatensis diœcesis presbiteris capellanis nostris commensalibus,
durando Marie canonico ecclesiæ lexoviensis bajocensis
diœcesis et joanne carpentarii clerico novio mensis diœcesis
familiari nostro, testibus ad præmissa vocatis Specialiter et
rogatis; Signatum Sic et ego joannes touppeti de castaneto
belvacensis diœcesis clericus publicus apostolica authoritate
notarius Statutorum præscriptorum approbationi confirmationi
poenis que et Sententiis in eisdem conprehensis roborationi
ac Sententiarum promulgationi et cæteris omnibus et singulis
inde Secutis dum per præfatum reverendum in christo
patrem dominum parisiensem episcopum ut premittitur
fierent et agerentur una cum dictis testibus presens fui
inde que præsentes litteras Statuta huius modi continentes
in hanc publicam Formam in istis quinque pellibus in
Simul conglutinatis et Signo meo Solito Signatis de
mandato dicti reverendi patris redactas Signo meo

Solito una cum ipsius appensione Sigilli requisitus —
Signavi et rogatus in majus testimonium premissorum illa
Duo vocabula dicta diœcesis interlinearia fideliter hic —
approbabo

Privilegium a consestio quo modo Rex
Dominus noster recepit in senomen et auctoritatem —
fundatoris dictarum bursarum et commisit eleemosinario
Suo regimen domus et collationem bursarum nomine suo —
et pro ipso christo post obitum gervasii primi fundatoris

Carolus dei gratia francorum Rex ad —
perpetuam rei memoriam cum dilectus et fidelis phisicus
noster magister gervasius christiani canonicus parisiensis
de salute anime sue prudenter cogitans volens juxta —
Sapientis consilium opus suum ante tempus operari —
mercedem suo tempore recepturus attendens insuper quod —
inter cætera pietatis opera per que a nobis felix et —
optandus ad superos preparatur ascensus, educatio —
studentium deo grata et placibilis ac mundo per vtilis —
est cum senda propter bona qua ex studio proveniunt —
potissimum propter scientiam qua dicitur generosa —
possessio qua ex huiusmodi studio acquisita, sparsa —
colligitur, erogata revertitur et publicata suscipit —
incrementum, amicos dei et prophetas constituens quod —
dam perpetuum collegium magistrorum et scholarium cum
decenti oratorio seu capella in suis domibus parisiensis in
in vico illuminatorum ad laudem et gloriam omnipotentis
et gloriosisime virginis matris eius fundaverit et ibi —
iidem magistri et scholares altissimo famulantes jam —
in eisdem domibus sub certo et competenti numero certis —
etiam et sufficientibus eis dem ad eorum sustentationem

et victum annuis et perpetuis et assignatis ad mortisatis redditibus instituti et in antea instituendi ibidem indicimis Scientiis studeant pariter et humanis, adjectis per eum non nullis ordinationibus et Statutis per delectum et fidelem consiliarium nostrum aymericum parisiensem episcopum ad hoc Specialiter deputatum authoritate apostolica confirmatis prout hæc in ipsius episcopi patentibus litteris super hoc confectis vidimus plenius contineri ex quarum originali litterarum extrahi et presentibus jnseri fecimus clausulam quæ talis est

p. 53 „ Volo tamen et ordino quod post decessum meum elemosinarius
„ regis qui pro tempore erit et sui Successores regum elemosinarii
„ habeant administrationem et collationem bursarum collegii
„ Supradicti prout decet tum quia idem rex dominus noster dictum
„ collegium in redditibus ad mortisationibus et libris multipliciter
„ augmentavit adeo quod sibi debetur principaliter nomen et
„ authoritas fundatoris et etiam collatoris tum quia sui gratiâ
„ hoc mihi concessit de gratiâ speciali et poterit dictum collegium
„ quotiescumque voluerit visitare et defectus siquis sint corrigere
„ et tenebitur bis in anno secundum Statutum ante Scriptum
„ si commode possit dictum collegium visitare una cum aliis
„ visitatoribus supra scriptis et de negotiis dicti collegii ordinare
„ secundum Statuta supra scripta et si non possit ad hoc
„ vacare, subelemosinarius intersit loco ejus et quia pluries posset
„ contingere quod dictus elemosinarius aliquibus sui officii negotiis
„ occupatus vel impeditus ad examinandum scholares in dicto
„ collegio recipiendos vacare seu intendere non valeret et quod
„ etiam non haberet plenam notitiam terminorum theologiæ medicinæ
„ seu philosophiæ in quibus facultatibus et scientiis dicti scholares
„ studere ordinantur deo dante ideo ex nunc pro tunc prout
„ placuit regie majestati volo et ordino quod dictæ bursæ hoc
„ ordine conferantur quod quando vacabit bursa aut locus

61 vnus in domo artistarum quod dictus elemosinarius illi duntaxat
conferat locum at que Bursas qui sibi presentabitur per priorem
theologorum et principalem artistarum collegii supradicti vel
qui sibi presentabitur per litteram eorum sigillis sigillatam
et quando in domo theologorum vacabit locus at que bursa illi
duntaxat conferat dictum locum et bursas qui sibi presentabitur
per priorem dicti collegii et prædictum principalem artistarum
Ita tamen quod in casu discordiæ si accidat inter dictos
eligentes tam theologos quam artistas vel si aliquis
dictorum eligentium foret absens dicti scholares tam theologi
quam artistæ eligantur et presentetur et eisdem bursa
conferantur modo et forma ordinatis in capitulo et statutis
p. 8 de modo capiendi seu recipiendi scholares vtriusque facultatis
ad quod quantum ad hoc referatur capitulum de officio
et quando vacabunt loca seu bursa vnius medicorum illi
duntaxat conferat qui sibi presentabitur secundum
statutum super hoc prius scriptum et si aliquo tempore
contingeret in futurum quod abiit quod elemosinarius illo
tempore non posset vel non vellet dictum provisoris officium
exercere si subelemosinarius regis dicto tempore velit dictum
officium acceptare volo et ordino quod in casu supradicto
dictus subelemosinarius habeat et exerceat dictum officium
provisoris et eãdem habeat in omnibus potestatem quam
dictus elemosinarius habuisset vel habeat ex tenore statutorum
dictus que magister gervasius desideret hoc etiam a nobis
instanter et supliciter fusis precibus pro gratiã et munere
speciali postulans obtineri ut dicti collegii nomen et
authoritatem ~~collegii~~ fundatoris sumere et retinere velimus,
notum facimus universis presentibus et futuris quod nos
firmiter sperantes quod collegium hujus modi caritatis
instinctu et incommendabilis et laudandæ devotionis

integritate conceptum et fundatum velut fertilitatis ager fructus uberes proferens in quo scientiæ grana colliguuntur viros virtutum producet parvos magnificans rudes et rudiens et debiles efficiens virtuosos tenentes etiam rem inde publicam prosperari cum ipsa testante boetio felix esse incipiat et bene gubernari si eam studiosi sapientiæ regant vel ejus rectores sapientiæ studere contingat ipsius magistri gervasii hoc ut præmittitur desiderantis et humiliter postulantis dignæ considerationis animi inspicientes affectum nomen et authoritatem fundatoris ipsius collegii sumenda duximus et retinenda volentes et perpresentes ordinando, concedentes et mandantes expresse quod elemosinarius et subelemosinarius nostri et successorum nostrorum franciæ regum qui pro tempore fuerint ipsorum elemosinarii et subelemosinarii tenentes aut gerentes officia administrationis et collationis bursarum dicti collegii ac illud visitandi et defectus siqui in eo fuerint corrigendi et quæcumque alia juxta formam et tenorem dictæ clausulæ, faciendi et exercendi onus in se omnino recipiant et assumant, nullam super hoc excusationis materiam prosequentes quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret nostrum presentibus litteris fecimus apponi sigillum salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. datum parisiis mense aprilis anno domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo regni vero nostri quindecimo et sic signatum per regem tourneur

Constitutio Capellanorum in titulo Ecclesiastico

Vniuersis presentes litteras inspecturis aymericus dei gratia parisiensis episcopus salutem in domino ad perpetuam rei memoriam et si in horto delitiarum

Studii parisiensis multiplices collegiorum magistrorum et
Scholarium ibi studentium plantationes odoriffera
Deversarum scientiarum aromata redoleant in immensum
et hujus modi flagrantis fuliedinis prelibatio gustantium
animos vera sapientie rapiat in amplexum et in altissimi
conspectum hujus gratuite suavitatis ascendere credatur
odor bonus eo tamen gratantius celestis agricola redolentibus
plantularum spiramentis congratulatur quo proprius et
principalius ipsorum odoramentis recreati laudes debitas
reddunt creatori divinis mancipati servitiis et pro tantis
muneribus assurgant ad exibendas increate sapientie gratiarum
actiones quod perspicaci mentis acie perlustrans vir venerande
circumspectionis et scientie magister gervasius christiani magister
in artibus et medecina ac parisiensis et bajocensis ecclesiarum
canonicus, domini nostri regis medicus prout viva vocis oraculo
nobis constitit atque constat in novella plantatione quam in
horto delitiarum predicto noviter ipse consevit videlicet
capella beate marie collegii capellanorum magistrorum et
scholarium clericorum beate marie de diocesi bajocensi
declaravit et intentionis sue fuit erat et ad=huc ex quod
quomodocumque sonent verba posita in fundatione et
statutis dicti collegii per ipsum editis quod ipsum
collegium ac capellanos magistros et scholares ibidem
commorantes principaliter ad deo serviendum ordinavit et
voluit ordinare secundum modum et formam in dictis statutis
contentos et in declaratione infra scripta prefati magistri
gervasii dicti collegii proto=fundatoris nobis humiliter
supplicans quatenus hujusmodi declaratione nostra ordinaria
auctoritatis munimine roborare dignaremur nos igitur
episcopus prefatus habita cum peritis matura deliberatione
vicibus repetitis ipsam declarationem revolventes ipsi
supplicationi expietatis fonte et zelo devotionis procedentes

Nostrum prebuimus assensum ac omnia et singula in dicta
Declaratione contenta modo et forma melioribus quibus fieri potest
rata et grata habentes illa ex certa scientia approbamus confirmamus
authoritate nostra ordinaria et presentium patrocinio litterarum ad
robur perpetue firmitatis communimus tenor autem dicte
Declarationis talis est. In nomine Sancte et individue
trinitatis ego gervasius christiani Bajocensis Diœcesis et Bajocensis
canonicus, magister in artibus et medicina regis Francorum medicus
fundator primus licet indignus capelle et collegii seu congregationis
Capellanorum et scholarium clericorum Beate marie de diocesi
Bajocensi in domibus meis parisiis fundatorum aggregando
Statuta ad regimen et utilitatem scholarium eiusdem collegii
ordinata considerans quod pro pauc opinione plurium personarum
simul commorantium vix aut nunquam possit a Statuta vel regula
ita per fect ordinari quin aliquando expediat ibi aliqua
Declarare moderare corrigere et etiam mutare propter hoc
retinui potestatem quandiu vixero in humanis moderandi exponendi
et mutandi Statuta prelibata addendique minuendi circa illa cum
consilio peritorum et quia a indictis Statutis videntur aliqua
Declaranda aliqua addenda aliqua minuenda et aliqua
immutanda ideo ad dei laudem et honorem ad hoc volo laborare
ut quantum poterunt melius reparari reparentur cum consilio
peritorum. et primo circa primum in quo ponitur capella et collegii
fundatio et etiam dotatio, quantum ad hoc quidem poteram
ibi dare pro illo tunc: et quia indictam fundationem sauiendo
intentio mea fuit et ad huc est pro presenti qualiter cumque sonent
verba illic scripta totum collegium ad deo serviendum ordinare
ipsumque fuisse et esse collegium ecclesiasticum et de catero
pro tali haberi et reputari et ideo ordinavi fundavi et dotavi ibi
Capellam ad honorem et sub titulo et nomine gloriosissime

virginis marie matris dei propivino officio in ibi perpetuo
celebrando quam capellam intendi et volui, volo etiam itendo
et declaro statuendo si sit opus ibi esse principalem et ad
hoc fuisse et esse collegium ordinatum et eidem capelle accedere
et quod scholares in qualibet facultate ibi existentes ordinati
et instituti secundum statuta super hoc facta deo serviant
in eadem capella et postea alibi, prout dominus ordinabit
et ideo quam vis alias voluissem et ordinassem ut apparet
in statutis quod ibi essent duo sacerdotes vel saltem vnus
ad serviendum deo et virgini gloriosa qui à tamen auxiliante
domino redditus et proventus procuravi post illam ordinationem
augmentari ideo certius et plenius circa cultum divinum
providens ut etiam augmentatis facultatibus augmentetur
et ipse volo statuo et dispono quod in ipsa capella sint duo
capellanie seu duo tituli ecclesiastici et quod ad eas vel
eorum vacaverint duo capellani assumantur et instituantur
in modum et formam qua sequuntur; et primo quoties
deficiet alter dictorum capellanorum si in domo scholarium
theologorum sit aliquis sacerdos dediocesi bajocensi bursas
" domus percipiens, capiatur seu assumatur et nominetur per
provisorem de et cum consensu omnium bursalium
scholarium dedomo theologorum vel majoris partis eorumdem
et non aliter. et in casu quod iidem scholares pari numero
essent discordes cum consensu principalis artistarum ad
vnam de illis presentibus accedentis qui provisor primitus
facta fide sufficienter denominatione seu electione
prediata dictum sic nominatum vel electum et non alium
eidem domino episcopo presentabit sibi supliando quatenus
eidem presentato et non alteri dedicta capellania vacante
provideat cum juribus et pertinentiis universis et si in

Dicta domo theologorum nullus sit Sacerdos qui ad hoc assumi debeat
ut dictum est seu possit et in domo artistarum sit aliquis Sacerdos
" dediœcesi bajocensis magister vel saltem licentiatus in artibus habilis
ad serviendum in capella secundum judicium bursalium sociorum
domus theologorum ad illud officium capiatur presentetur et
instituatur sicut prius dictum est et si in dicto collegio nullus sit
" Sacerdos de diœcesi bajocensi et si aliquis Sacerdos scholaris
" parisiensis dediœcesi bajocensi magister vel licentiatus in
artibus habilis ad serviendum in capella et proficiendum in theologia
capiatur nominetur et presentetur modo et forma predictis et si
" non possit Sacerdos idoneus ad hoc de diœcesi bajocensi reperiri capiatur,
" nominetur presentetur et instituatur unus alius de aliqua diœcesi
" normaniæ ad hoc aptus et idoneus modo et forma supradictis volo
" tamen quod illi de diœcesi Bajocensi si ad hoc sint habiles semper
aliis preferantur et si duo Sacerdotes ibi simul deficiant,
capiantur et eligantur presentetur et instituantur modo et
ordine prælibatis et quoties et quandiu aliqua dictarum capelleniarum
vacabit ut dictum est per cessum, recessum vel decessum alicujus
Sacerdotis et quando aliquis dictorum Sacerdotum erit absens
vel per collegium secundum statuta impeditus vel amotus
provideatur servitio capellaniæ ut inferius exprimitur in rubrica
de officio Sacerdotis usquequo duntaxat de alio sit provisum
secundum formam et modum predictos. Volo insuper statuo
et ordino quod predicti Sacerdotes subjiciantur et ordinentur
et regantur secundum ordinationes et statuta pro regimine dicti
collegii ordinata vel etiam secundum rationem in posterum
ordinanda et volo et ordino et statuo quod nullus dictorum
Sacerdotum percipiat seu capiat bursas vel emolumentum pro
servitio capellæ ordinatas seu etiam ordinatum nisi debite serviat
in capella et in aliis per statuta ordinatis imo volo et ordino

quod bursa vel emolumentum pro Servitio capella ordinata vel
ordinatum per modum distributionum et loco distributionum
capiantur et leventur ita quod quoties cumque et quando cumque
aliquis eorum deficiet de Servitio ordinato per Statuta non
capiat nisi prorata prout Serviet in capella, volo tamen et
Concedo quod Si aliquis Sacerdotum esset juste et ligitime
impeditus Secundum judicium majoris partis Sociorum dum
tamen re maneat in dicto collegio quod possit per alium idoneum
et gratum collegio Sacerdotem facere de Serviri in capella
capere dictas bursas; Sed Si aliquis dictorum Sacerdotum
decedat de parisiis Sine licentia prioris collegii et majoris
partis Sociorum Si remaneat ultra mensem continuum nichil
capiat de tempore quo extra remanebit Sed privatus sit et
remaneat ipso facto a bursis et emolumento supra dictis et
unus alius loco ejus capiatur vel eligatur et presentetur ac
instituatur ad capellaniam Servitium ordine prelibato; volo
insuper et Statuo ut Evagationis materia amputetur et
minima Dispensandi facilitas recessetur quod tempus dicta
Dispensationis non possit ultra mensem et nisi semel in
anno concedi; et ut ipsi Studentes ab anfractibus litigiorum
expensarum gravamine et onere probandi absentiam quantum
fieri potest releventur. volo quod Super concessione hujus
modi licentia conficiatur publicum instrumentum expensis
Se absentantis per ipsum ante Suum recessum dictis
Scholaribus tradendum per priorem collegii custodiendum
quod nisi Sic tradederit licentiam Sibi concessam volo et
Statuo nullius esse momenti quod Si etiam habita licentia
competenter aliquis eorum recesserit et remanserit ultra tempus
Sibi concessum per mensem Sine causa rationabili quae Sufficiat
majori parti bursalium Sociorum dicta domus et quam causam

Cessante justo impedimento tenebitur notificare dictis Sociis infra
quindecim dies post dictum mensem ipso facto erit privatus et
remaneat aburis et emolumento supra dictis et alius extunc loco ejus
capiatur eligatur presentetur et instituatur sicut prius Si Sociis
Bursalibus predictis vel majori parti ipsorum rationabile et expediens
videatur et idem volo et ordino de illo qui non per mensem
continuum se aliis diversis temporibus ejusdem anni absque
licentia predicta se absentat dammodo singula absentia sint non
minus trium dierum in simul autem & conbinata sint duorum mensium
et qui a circa premissa posset a non nullis indubium revocari quando
tempora prefinita incipient currere volens materiam omnem
Dubitationis amputare, volo et statuo tempus se absentandi ex
Licentia predicta et instrumento super hoc confecto et tradito
modo et forma pretatis cursum suum incipere continuum a tempore
Data in instrumento huius annotata et finire a tempore reditus
et servitii animo continuandi indicta capellania post hujus reditum
impensi tempus autem absentia illius qui sine licentia absentabit
volo incipere currere et computari ab vltima die qua serviet in capella
et quia probatio temporis absentia sine licentia posset esse difficilis
volo et ordino quod prima dies absentie sine licentia et etiam dies
reditus ad collegium scribantur per priorem domus in papiro ad
hoc deputata et per priorem custodienda presentibus duobus Sociis
dicti collegii ad minus qui nomina et cognomina sua habeant ibidem
manu propria subscribere quibus scriptura et papiro quod ad probandum
hujus modi absentiam et reditum, volo et statuo tam in Judiciis
quam extra sicut scriptura autentice plenariam fidem adhiberi
quod si prior in hoc negligens fuerit pro quolibet negligentia
una Bursa eo ipso sit privatus quandiu autem aliquis dictorum
Sacerdotum erit absens ut dictum est nihil capiet de predictis
Bursis vel emolumentis sed si sit aliquis alius Sacerdos solus
in domo theologorum qui velit facere officium in capella

faciat ipse et loco ejus capiat et habeat partem bursa Sacerdotis
quam habebat dictus absens usque-quo duntaxat provisum
fuerit de aliquo modo supradicta quod se in domo theologorum
essent plures Sacerdotes poterit prior collegii ponere in loco
absentis quem ipsorum voluerit et idem volo fiori de Sacerdotibus
existentibus in domo artistarum deficientibus Sacerdotibus
Domus theologorum et si nullus sit Sacerdos de domo
theologorum qui suppleat dictas vices et sit aliquis in domo
artistarum capiatur per priorem ad dictum officium faciendum
usquequo duntaxat de alio ordinetur ut supra et habeat
dictam bursa portionem et insuper ne pratextu ignorantia aliquis
possit excusationem pratendere volo et statuo quod in presentatione
et institutione prædictis hujus modi poena privationum contra
absentes exponantur presentatis et instituendis sepedictis et
quod jurent sepramissa servaturos et contra ipsa non venire
volo autem statuo et ordino quod pro servitio capella duæ
bursæ ordinariæ vna cum bursa Sacerdotali quandiu Sacerdotes
in domo theologorum remanebunt primo et principaliter
capiantur et leventur jta quod quilibet dictorum Sacerdotum
habebit sex solidos parisienses ordinarie pro qualibet
Septimana et vltra hoc ambo habebunt unam bursam Sex
solidorum pro qualibet Septimana quandiu sicut dictum est
Servient in capella et quandiu dicti duo Sacerdotes erunt
parisiis si velint servire in capella alternatis Septimanis
tunc Sacerdos hebdomadarius qui serviet in capella totam
bursam Sacerdotalem cum sua ordinaria percipiet et
habebit pro eadem Septimana si autem velit servire in capella
diebus alternatis quilibet eorum habeat cum sua bursa
ordinaria medietatem bursa Sacerdotalis sepe dicta.

Item nullus dictorum Sacerdotum habeat vel
teneat dictas capellanias vel alteram eorum qui habeat

trigenta libras turonenses reditus vel ultra parisiensis apportatas
nisi per priorem collegii cum majori parte bursalium Sociorum domus
theologorum et principali artistarum ex causa rationabili cum eo fuerit
dispensatum et tenebuntur predicti capellani qui libet in suo ordine
sive serviant alternatis septemanis sive etiam diebus alternatis
omnibus diebus dominicis et festivis in quibus in vniversitate non
legitur cantare vnam missam cum nota cito post pulsum seu cliquetum
Sancti jacobi, vel in casu prelibato per alium idoneum et gratum
collegio sacerdotem facere celebrari et cantari et aliis diebus tenebuntur
celebrare cantare et in capella servire et omnia alia facere ut cavetur
in statutis collegii prelibatis tam in illo officio sacerdotum quam
in aliis quibus omnibus volo eos obligatos remanere in omnibus
quae non derogant declarationi supradictae aliis autem diebus quibus
per statuta collegii non est servitium in capella ordinatum, volo
statuo et ordino quod per priorem principalem et alterum
sacerdotem si et quando fuerit expediens ordinetur et quod
eorum ordinatio super hoc teneatur et in omnibus missis quae cum
nota cantabuntur secundum statuta collegii omnes et singuli
scholares et magistri dicti collegii personaliter interesse tenebuntur
a prima oratione usque ad finem missae nisi fuerint infirmi vel
aliter legitime impediti ita quod eorum excusatio sufficiat priori
in domo theologorum et principali in domo artistarum et majori parti
Sociorum domus in qua officiantes remanebunt sub poena in
statutis declarata nolo tamen aliquem de collegio obligare
ad servitium in capella diebus chori quibus legitur in sua
fraudulate nisi sacerdotes qui ad servitium capellae specialius
obligantur et illos qui debent eos juvare prout dicitur in statutis volo
enim statuto et ordino omnia supra scripta capellam dicti collegii
et capellanos tangentia inviolabiliter observari et teneri sicut prius
inscribuntur et si aliquid vel aliqua presenti seu prescripte
ordinationi declarationi seu expositioni contraria vel in aliquo
repugnantia sint inscripta in statutis et ordinationibus

pro dicto collegio ordinatis illud vel illa volo et declaro esse
nulla nec contra presentem ordinationem et declarationem tenenda
vel servanda et licet sit dictum in fine statuti de officio
sacerdotum quod prior domus theologorum servabit jus parrochie
quia ad capellanos magis spectat custodire ea que sunt in capella
volo statuo et ordino quod in una pixide serata et serrata omnes
oblationes et obventiones qualescumque cure et curato sancti
severini pertinentes integre reponantur et serventur per dicti
collegii capellanos ad usum beneplacitum et mandatum curati
probati de qua pixide dictus curatus duntaxat vel alius de
sui mandato et volontate habebit clavem et poterit dictam
pixidem claudire et apperire et illud quod erit intra capere et
retinere pro libito voluntatis omnia autem et singula alia
in omnibus statutis posita et contenta que non derogant ordinationi
et declarationi supradicte; volo statuo et ordino in suo robore
sint prius permanere, usque quo aliter declarentur vel mutentur
si declarari debeant vel mutari, cujus declarationis expositionis
mutationis vel correctionis potestatem apud me retineo et reservo
ut cavetur in statutis ad utilitatem collegii ordinatis; premissa
autem omnia et singula supra scripta et designata modo
et forma quibus supra per nos et dictum magistrum gervasium
facta fuerunt de voluntate et consensu venerabilium et
discretorum virorum magistrorum henrici herout in theologia
prioris, joannis durandi procuratoris dicti collegii, joannes britonis
principalis artistarum, petri vercelli in artibus et medicina
thome graffardi michaelis de fontenelis in medicina gauffridi
bruand presbiteri durandi fresnoie richardi habart yvonis
rousselli georgeti de castro joannis delonda et laurentii
joubert scholarium collegii ante dicti presentium et collegium
representantium ac majorem partem ejusdem collegii scientium
existentium coram nobis et premissa fieri petentium qui omnes
in simul unanimiter inquantum opus erat et in eis est prout
melius facere poterant et debebant suum in his prebuerunt

Consensum pariter et assensum ea Laudantes gratificantes
et approbantes tanquam Bene et rite gesta et facta ad opus
et vtilitatem dicti collegii ipsorum que et personarum ejusdem,
inquorum promissorum omniun et Singulorum testimonium et
certitudinem pleniorem presentes litteras nostras per notarios
publicos infra Scriptos publicari et in formam publicam redigi
mandavimus et fecimus Sigilli que nostri vna cum dictorum
notariorum Signis et Subscriptionibus jussimus appensione muniri:
Acta fuerunt hæc in manerio nostro episcopali parisiis anno
1380 domini millesimo trecentesimo octuagesimo indictione quarta
7 avril mensis aprilis die Septima pontificatus Santissimi in christo
patris et domini nostri domini clementis digna dei providentia
papæ Septimi anno Secundo presentibus discretis viris dominis
Joanne de mollibus campis bajocensi, Joannæ raymondi aliter
tounus magistro hospitii presbiteriis lingonensis herveo lanoz
coriso pitensis et petro devaili clericis parisiensis diocesis prædicti
reverendi patris familiaribus et Servitoribus testibus ad præmissa
vocatis Specialiter et rogatis et Sic Signata sunt Et ego Joannes
touppeti de castaneto belvacensis diocesis Clericus publicus
apostolica authoritate notarius confirmationi hujus modi cæterisque
omnibus et Singulis per præfatum dominum parisiensem episcopum
ut præmittitur actis vna cum infra Scripto notario publico et
testibus prænominatis presens fui et ea Sic fieri vidi et audivi
indeque presentes litteras in hanc publicam formam in istis
duabus pellibus in simul Conglutinatis redactas de mandato
dicti domini episcopi hic me Subscribens manu Propria Signo
meo Solito vna cum Signi et Subscriptionis natarie publici
Subscripti appositione et Sigilli dicti domini episcopi appensione
requisitus Signavi in testimonium veritatis, et ego Joannes
melleti clericus mel denensis dioceris publicus apostolica et

imperiali authoritate notarius curiæ que parisiensis juratus quia præmissis confirmationi cœterisque omnibus et singulis per præfatum dominum parisiensem episcopum ut præmittitur actis vna cum notario publico et testibus supra nominatis presens fui eaque sic fieri vidi et audivi ideo hiis presentibus litteris exinde confectis de mandato dicti domini episcopi propria manu sub scripsi signumque meum solitum et consuetum vna cum signo et subscriptione notarii publicii supra scripti et dicti domini Episcopi appensione sigilli apposui rogatus et requisibus in testimonium veritatis omnium et singulorum præmissorum

Retractatio ~~Declaratio~~

Primorum Statutorum Cum additione et mutatione eorumdum.

Vniuersis præsentes litteras Inspecturis aymericus divina providentia episcopus parisiensis salutem in domino sempiternam notum facimus universis ~~quod sempiternam notum facimus universis~~ quod nuper vir venerabilis et discretus magister gervasius christiani magister in artibus et medicina canonicus parisiensis et bajocensis illustrissimi principis regis francorum medicus fundator primus collegii capellanorum magistrorum et scholarium clericorum capellæ Beatæ mariæ de diœcesi bajocensis in domibus suis parisiis fundatorum et eidem capellæ ~~eidem~~ deservientium desiderans et affectans toto corde ut dicebat dictum collegium ad laudem et gloriam individuæ trinitatis et gloriosissimæ virginis genitricis dei et domini nostri Jesu christi et ad eorum servitium diu et pacifice permanere, considerans et attendens quod ad illud multum valent ordinationes et statuta quæ conduntur et tenentur secundum rationem nobis humiliter supplicavit quatenus

quasdam declarationes seu expositiones aliquorum statutorum
pro utilitate et regimine dicti collegii per ipsum jam diu ~~est~~ esse
conditorum, quorum exponendi seu declarandi et mutandi
addendi et diminuendi circa illa retinuit potestatem nec non aliquas
additiones et diminutiones et etiam mutationes circa ipsa et in
ipsis quas nuper per modum statu^to^rum composuit et etiam ordinavit
per consilium peritorum authoritate nostra ordinaria approbare
et etiam confirmare dignaremur, quarum expositionum sive declarationum
additionibus et diminutionibus ac etiam mutationibus supradictis
tenor sequitur in haec verba qui a congruum et utile est ordinationes
et statuta pro quacumque communitate ordinatas vel etiam ordinata
quantum possibile est per sedes atque clare ordinari et non nunquam
in jam factis ordinationibus et statutis expedit obscura declarare
diminuta perficere et si qua sint superflua vel nociva resecare
ac quandoque propter melius, dictante ratione, aliqua immutare
nec non cum denovo eveniunt vel emergunt aliqua secundum
rationem addenda inscribere et addere jam in scriptis. hinc
est quod ad utilitatem ac regimen et conservationem collegii
" Capellanorum magistrorum et scholarium clericorum beate
" Mariæ de Diœcesi Bajocensi parisiis fundatorum ego gervasius christiani
Canonicus parisiensis et Bajocensis regis Francorum medicus
qui licet indignus fui dicti collegii fundator primus et aliquas
ordinationes et regulas seu aliqua statuta jam diu et pro
eorum regimine ordinavi retinendo potestatem predictas
ordinationes et statuta prælibata corrigendi immutandi augendi
et ~~di~~minuendi per consilium peritorum nuper habito consilio
peritorum propter aliquas rationes ad hoc rationabiliter me
moventes dicta statuta declarare incepi et jam quo ad aliqua
declaravi et maxime quantum ad primam et principalem
intentionem fundationis capelle et collegii capellanorum
et scholarium predictorum quæ intentio est et fuit dictum
collegium ad dei servitium ordinare in capella prælibata

et postea alibi prout dominus ordinabit ut magis appareat
in litteris et Instrumentis super hoc ordinatis et confectis
sed quia aliqua sunt ad huc in dictis Statutis et ordinationibus
dudum factis pro eisdem declaranda alia corrigenda
aliqua Immutanda et aliqua etiam sunt addenda; ideo
consequenter ad majorem perfectionem predictorum post
Declarationem prelibatam nuper factam auxilio dei primittus
et humiliter et devote invocato venio ad deliberationem
aliorum cum additione aliquorum et aliquorum diminutione
et mutatione aliorum prout ratio suadebit et primo ad
Statutum denumero Scholarium et indicto Statuto pro
illo tunc ordinato quia redditus eorum favente deo
sunt postea augmentati non obstante ordinatione facta
in fine Statuti de archa communis inquo dicitur quod in
tribus faultatibus debent equaliter augmentari videlicet
medicina et in artibus, volo addi ac statuo et ordino quod
numerus theologorum indicto collegio de tribus Scholaribus
primo et pro nunc augeatur, sic quod ibi sint septem
Scholares in theologia faultate quorum quilibet sit
magister vel saltem liuntiatus in artibus, duos capellanos
capella qua est principalis in collegio servientes in dicto
numero computando et eligentur seu assumentur capellani
et regentur ut scribitur in Statuto declarationis super
hoc nuper facta et tenebuntur dicti capellani solvere
Litteras de assensu Scholarium ad eorum presentationem
et presentationis ipsorum et collationis sibi facta de
Capellanis supe dictis et alii quinque eligentur ut dicetur
in Statuto de modo assumendi Scholares in theologia
faultate et liet dicatur in statuto denumero Scholarium
quod vnus theologorum erit prior collegii volo quod prior collegii eligatur
et assumatur secundum Statutum de modo eligendi
priorem dicti collegii quod super hoc in ferius inscribetur

predicto Statuto non obstante Item volo Statuo et ordino
quod in dicta domo theologorum ultra illos Septem studentes
in theologia de quorum numero erunt duo capellani Servientes
in capella quæ et principalis in eodem collegio ut dictum est esse
Bourse de Droit Duos studentes in medicina et duos scholares regis, sit vel
" esse possit unus studens in jure canonico habilis ad
" proficiendum in dicta scientia ex fundatione ordinatione et
" dotatione bonæ memoriæ domini guillelmi Baronis quondam
" cantoris Bajocensis litterarum quæ domini nostri papæ correctoris
" et grossarii et erit ille jurista de genere eiusdem domini guillelmi
" si et quandiu in dicto genere aliquis ad hoc habillis poterit
" reperiri et qui velit ibi esse et si non inveniatur in dicto genere
" aliquis habilis ad hoc qui velit ibi esse capiatur unus de
" Diocesi constanciensi vel bajocensis ad hoc habilis indifferenter
" prout ipse voluit in suo testamento sicut per reverendissimum
" patrem dominum cardinalem pampilonensem vice concellarium
" et alios executores dicti domini guillelmi sicut mihi scriptum
" et mandatum, et subjacebit dictus studens in jure canonico
" in omnibus et per omnia Statutis et ordinationibus pro
" dicto collegio ordinatis et secundum illa Statuta et
" ordinationes quandiu erit in dicto collegio regetur etiam in
" correctionibus et in pœnis sicut alii de domo theologorum
" excepto quod poterit tenere usque ad centum libras
" turonenses in beneficiis ecclesiasticis capiendo dictas
" bursas, sed ~~tenebitur~~ si habeat centum libras turonenses
" vel ultra amplius non poterit tenere dictas bursas sed
" tenebitur eas dimittere ipso facto et unus alter subrogabitur
" loco eius qui etiam regetur secundum ordinationes

" Et Statuta collegii et maxime de domo theologorum ut
" Superius est expressum et licet in statutis principalibus
sit scriptum in fine statuti de modo capiendi scholares
in artium facultate quod siquis illorum se absentaverit
a studio parisiensi ultra tres menses tempore vacationum
minime computato sine causa legitima quae provisori et
visitatoribus debeat sufficere et sine provisoris vel prioris
licentia remaneat privatus a domo et a bursis et alius idoneus
loco eius subrogetur ut ponitur in statuto quod etiam
intelligi volo et teneri de omnibus bursariis in theologia
et medicina manentibus in domo theologorum quod siquis
sine licentia provisoris vel prioris et majoris partis bursalium
socorum dictae domus se absentaverit per tempus supra
dictum sine causa legitima quae sufficiat visitatoribus
supradictis privatus remaneat a collegio et a bursis et alius
idoneus loco eius subrogetur exceptis capellanis quibus
tempus est praefixum in declaratione praecedenti secundum
quam debent regi quia tamen jura civilia multum valent
ad perfectionem juris canonici acquirendam ideo etiam
ipse jurista poterit esse absens a domo et a dicto collegio
studendo in legibus in aliquo studio generali quantum
expediens videbitur sibi et amicis suis sine hoc quod
perdat suum locum in dicto collegio quin possit reverti
ad locum et ad bursas dictae domus quando reverti
voluerit non obstante statuto praelibato sed quandiu
erit absens nihil capiet de collegio, nec de bursis et quia
firmiter credo et teneo quod fuit intentio domini praelibati
habilibus ad proficiendum et personis idoneis de dictis bursis
successive provideri et quod noluit quod personis inhabilibus

prouidēntur de eisdem, ideo volo et statuo quod quando et quoties vacabit dicta bursa et dictus locus antequam aliquis ad hoc assumatur vel recipiatur quod prior collegii consilium habeat duorum magistrorum in decretis nationis normanorum et maxime diocesis bajocensis et constanciensis si sit hunc de illis parisiis aliquis doctor in decretis de et cum quorum consilio recipiendus ad dictam bursam assumatur et sub sigillis trium vel saltem vnius dictorum magistrorum cum priore provisori presentatur qui sibi et non alteri conferat dictas bursas quorum trium cōsentias onero super illo quod non ponant inhabiles ad profiuendum nec reputent habiles quibus locus debeatur. ~~secundum~~ cum et quandiu de ~~eā~~ genere dicti domini guillelmi fuerit aliquis habilis ad hoc presentatus omnibus alīs quo ad hoc proferatur; ~~etiam~~ si alii extranei vel minus propinqui essent ad hoc habiliores et ad hoc etiam se presentarent et eos qui tales recipient rogo exoro et requiro amore domini nostri jesu christi ad cujus laudem et gloriam et honorem dictum collegium erectum fundatum quatenus ad illum locum sive statum non recipiant hominem rixosum brigosum dissipatorem nec protervum quia per unum talem posset totum residuum deperire quod deus avertat quantum autem ad statutum de modo capiendi scholares in theologia facultate et maxime quantum ad modum electionis seu nominationis scholarium qui post decessum meum in eodem collegio ad dictam theologie faultatem assumentur. volo et statuo ex certa causa taliter ordinari et teneri quod dicta electio vel nominatio fiat per priorem dicti collegii et principalem artistarum priore scholarium de harcuria non vocato quod volo sic fieri tum quia melius cognoscunt artistas collegii in scientia et moribus

Et ideo veri similiter capientes meliores tum quia illi de
Collegio plus tenentur cum diligere ex de bonis personis plus quàm
qui cunque alii in eodem opus est providere tum quia prima
ordinatio posset inter duos dicta collegia odium et scandalum
generare et in casu discordia si audat in dicta electione si sit
aliquis in domo theologorum magister in theologiâ alius à
priore erit tertius cum prædictis et si nullus sit ibi magister
pro tertio, capietur unus Baccalaureus in theologia si sit aliquis
et si sint ibi plures baccalarii in theologia antiquior
capiatur et si nullus sit ibi baccalaureus, capiatur antiquior
Scholaris in theologia qui primus fuit in domo et in bursis
et ille qui per duos illorum eligentium nominabitur vel
eligetur et habilis ad hoc reputabitur de domo artistorum
Si velit habere locum vacantem in domo theologorum cum
bursis præsentabitur provisori vel magistro collegii qui tunc
erit sub sigillis prædictorum vel saltem duorum
eligentium concordantium in dicta nominatione si non possint
commode personaliter accedere ad dictum provisorem quiquidem
provisor vel magister dicto sic presentato et non alteri
conferet dictum locum atque burras et alius idonus loco
ejus subrogabitur ut dicitur in statuto, ita tamen quod
illi de diocesi Bajocensis si sint habiles ad hoc semper
aliis præferantur et sic fiet sive fiat electio vel
nominatio de illis de domo artistarum vel de aliis
quibuscumque ita etiam quod in dicta electione ut dictum
est non vocetur nec interesit prior Scholarium de
Harcuriâ nec aliquis extraneus magister in theologiâ
qualiscumque licet ponatur in statuto dudum facto quod
illi de beant interesse dictum autem statutum in omnibus
aliis observetur quæ presenti declarationi et statuto
sic mutato non derogant vel repugnant Item licet

in Statuto dicto eligendi vel assumendi medicos dicatur
quod debent nominari et eligi vel assumi per decanum
" medicina et antiquiorem magistrum nationis normanie tunc
regentem et priorem collegii, Volo Statuo et ordino quod post
decessum meum illi qui erunt eligendi pro bursis medicorum
in dicto collegio per priorem collegii et principalem artistarum
vna cum bacalario in medicina de collegio tunc legente sequis-
Sit alioquin cum antiquiori Scholarium in medicina dicta
Domus eligantur et nominentur ita quod super ille de artistis
qui per illos vel saltem per duos illorum eligetur vel
nominabitur presentabitur provisori personaliter, vel sub
Sigillis prædictorum eligentium vel saltem duorum ipsorum
" qui provisori eidem presentato et non alteri conferet dictas
Bursas et Sit liet quotiescumque vacaverit vnus locus seu
plures medicorum in collegio prælibato, et Volo quod si
tempore talis Electionis vel nominationis Sint aliqui ad hoc
habiles vel Sit aliquis ad hoc habilis de dicta diœcesi
" primo et præ ceteris assumatur ad locum et ad bursas supra
" dictas et si in domo artistarum tempore talis electionis nullus
" Sit ad hoc habilis de diœcesi Bajouensi qui velit accepere
" dictum locum Si Sit aliquis extra collegium pauper
" magister in artibus de dicta Bajouensis diœcesi studens
" parisiis in medicinâ qui Sit habilis ad proficiendum in
" dictâ facultate Secundum Judicium dictorum eligentium
" vel duorum ipsorum ut prius nominetur et sumatur
" et etiam presentetur provisori qui illi et non alteri
" conferat dictas bursas Sicut prius et si nullus Sit talis
" parisiis de dictâ Bajouensi diœcesi et in domo artistarum
" Sit aliquis ad hoc Sufficiens magister vel licentiatus

in artibus de alia diocesi normanie Secundum judicium
dictorum eligentium vel duorum ipsorum qui velit audire
medicinam capiatur presentetur et eidem locus et bursa
conferantur sicut prius alioquin de dicta natione undecumque
fuerit indifferenter capiatur ut ponitur in statuto circa
modum eligendi et assumendi scholares regis est vnum
attendendum et addendum qui a in statuto dudum facto non ponitur
per quos dicti scholares quando bursa vacabunt debent eligi
et assumi ideo notandum et sciendum est quod quotiescumque
vacabunt dicta bursa vel earum aliqua nominatio seu
electio fiet per priorem collegii et principalem artistarum
et in casu discordie inter ipsos cum alio scholari qui in
domo bursas consimiles obtinebit et si non sit ibi aliquis
qui habeat dictas bursas cum illo qui erit parisiis qui
vltimo obtinuit et dimisit laudabiliter dictas bursas;
quod si nullus sit talis parisiis cum antiquiori in domo
scholari in theologia ita quod ille qui per dictos priorem
et principalem concorditer nominabitur vel in casu discordie
inter ipsos per vnum illorum cum aliquo aliorum predictorum
presentabitur provisori personaliter vel sub eorum sigillis
qui provisor predicto taliter presentato et non alteri
conferet dictas bursas cum emolumento supradicto et sic
fiet quotiescumque aliqua dictarum bursarum vacabit
et aliquis scholaris de regno ad hoc habilis et vtilis
reperietur Secundum judicium eligentium predictorum
quorum conscientias onero super illo Sed quia sepe
audit vel accidere potest quod de regno francie non
repiriuntur juvenes ita habiles ad scientias mathematicas
legendas et docendas sicut in aliqua aliarum nationum

" ideo congruum videtur et utile si deffiçeret ibi vnus
" mathematicus et non inveniretur aliquis habilis et vtilis de
" regno pratibato et in vniversitate esset unus bonus et famosus
" mathematicus gratus collegio extranea nationis qui ab omnibus
" de Collegio vel saltem atribus partibus Sociorum collegii
" artistarum qui nondum determinaverunt vocibus minime
" computatis eligatur et nominetur quod per collegium predictum
" vel tres partes ejusdem collegii supradictas provisori presentetur
" sub sigillo collegii si non possit per dictum collegium comode
" personaliter presentari qui provisor dicto taliter presentato
" conferat locum atque burras habendas et tenendas secundum
" Statuta et ordinationes collegii pratibati et non alteri et quod
" de extra regnum non possit eligi nec manere vna vice in dicto
" Collegio nisi vnus ita quod quandiu erit ibi unus non possit
" ibi alius extraneus eligi nec manere et licet in dicto Statuto
sit inscriptum quod vnus eorum leget in aula artistarum quia
tamen in dictis Statutis nullatenus ordinatur ubi debeant legere magistri
in theologia et magistri et Bacalarii in facultate medicina volo
Statuo et ordino quod magister in theologia si quis sit in
dicto collegio legat in aula theologorum si velit et idem dico
de magistris in medicina et bacalariis in dicta domo manentibus
si sibi placuerit ibi legere diebus et horis in suis facultatibus
ordinatis ita quod de hora et libro semper antiquior sit
potior eligendo et alter alium sibi eligat librum et horam
prout melius judicabit. item in Statuto ordinationis arche
communis ordinatur certe claves et qui debent eas custodire
sed quantum ad primam partem principalem dicte arche
in qua reponitur pecunia pro burris solvendis qualibet

Septimana et Sigillum collegii quod debet ibi poni in uno
Scrinio firmato quia procurator principalis ponit ibi pecuniam
de qua debet computare volo et Statuo quod de illa habeat
unam clavem et aliam prior collegii et aliam principalis —
~~habuerit~~ artistarum Licet aliter ponatur in Statuto et
quicumque habuerit aliquam clauem collegii Sive sic
de archis quibuscumque vel de ostiis librariarum vel aliam
qualemcumque tenebitur eam reddere Si recedat de domo —
vel Si dimittat officium ad quod pertinebit illa clavis et
Si quis perdiderit clavem quam debet custodire tenebitur —
eam restituere infra tres dies cum omnibus damnis quod
propter hoc poterunt evenire et nisi infra tres dies reddat
claues predictas convenienter reparatas nihil capiat in
collegio donec claves et Serratura fuerint debite reparata
et etiam restituta una cum damnis exhoc factis. Item illi
Statuto volo addi et addo per modum Statuti quod omnes —
pecunia collegio pertinentes vel debita ex quãcumque causa
fuerit reddantur et tradantur procuratori principali vel in
ejus absentiã minori procuratori et non alteri qui eas in
archã communi reponat Secundum dictum Statutum non
obstantibus omnibus clausulis positis in Statutis qua contra
hoc videntur repugnare et Sciendum quod quando dicitur in
Statuto confirmato quod in eadem pecunia debet tradi et
in forma inqua recipitur hoc debet intelligi quod hora
assignata in Statuto procuratores debent reddere pecuniam
quam recipiunt vel equivalentem ita quod in hoc nihil perdat
collegium Sed Si in aliqua necessitate capiant procuratores
Duos vel trés Solidos vel usque ad decem Solidos non
intellexi nec intendo quod debeant incurrere poenam —
excommunicationis dum tamen reddant Summam quam
receperunt in tempore ordinato in Statuto in tali pecunia

quod in hoc collegium nihil perdat circa Statuta tangentia
Commorantes in domo theologorum Sunt aliqua declaranda
et primo quantum ad officium Sacerdotum duo enim capellani
tenebuntur celebrare in capella collegii in festis Solemnibus et
Diebus dominicis et aliis modo et forma quibus ponitur in
Declaratione fundationis capelle et collegii nuper facta et etiam
approbata et quia in dicto Statuto de officio Sacerdotis continetur
quod capellani in fine comestionis dicere gratias tenebuntur volo
et Statuo quod dicantur in hunc modum omnis Spiritus, laudet
Dominum tu autem domine miserere nostri deo gratias. agimus
tibi gratias omnipotens deus pro universis beneficiis tuis qui vivis
et regnas per omnia Secula Seculorum amen: dispersit dedit
pauperibus Justitia eius &c. cum aliis precibus consuetis et
oratione retributem dignare domine omnibus Bona facientibus
propter nomen Sanctum tuum et vitam æternam amen.
de profundis clamavi &c. et dicetur totus psalmus et in fine
requiem æternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis
in memoria æterna erunt justi ab auditione mala non timebunt
aporta inferi erue domine animas eorum, Credo videre bona
Domini in terra viventium requiescant in pace amen. domine
exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat, dominus
Vobiscum et cum Spiritu tuo, oremus, Deus qui inter apostolios
Sacerdotes &c. et dicatur tota oratio et postea tota oratio deus
Venia largitor et dicatur, animos benefactores recommendatos
nostros qui ex hoc Seculo &c. et post ea Fidelium vel absolve et
Diebus jejunii post de profundis ante preces dicatur psalmus
miserere et Simili modo dicantur gratia in domo artistarum
per positos in Statuto et Sub poena ibi Dicta et licet Scribatur
in predicto 2 Statuto quod Sacerdos hebdomadarius non tenebitur
ad officium prapositi in Septimana qua Serviet in capella

hoc tenendum et servandum est quod servient alternatis
septemanis et quando non erit nisi unus capellanus serviens
in capellâ et non aliter et circa hoc etiam volo statuo et
ordino quod omnia et singula aqua ponuntur et scribuntur
in declaratione nuper facta et per reverendum patrem dominum
episcopum parisiensem diœcesanum confirmata et approbata
prout sunt et scribuntur teneantur inviolabiliter et
serventur, residuum autem primi statuti quod non repugnat
prædicta declarationi nuper facta nec presenti in suo
robore permaneat sicut ante et ad istud statutum de officio
sacerdotis volo addi et teneri quod dicti sacerdotes
vel capellani quia adeos magis expecta teneantur
vestimenta libros et calices ac alia et singula capellæ
ornamenta quæ communiter reponuntur in almariis sub-
altari et in oratorio basso retro altare ad eorum pericula
custodire non obstante quod aliter ponatur in statutis
dudum factis et omnia illa per inventorium capere et
habere dum et quando recipientur ad serviendum in capella
et omni anno quoties alia inventaria debebuntur tradere
inventarium de prædictis et de illis reddere rationem tenebuntur
et propter hoc illi soli habebunt et custodient claves ostii dicti
oratorii retro altare et almariorum sub altari ubi talia
reponentur Si autem dicti capellani soli velint habere claves
ostii versus artistas et anteriores versus aulam tenebuntur
aperire dicta ostia in festis quæ secundum statuta debent
fieri in capellâ et etiam priori semel ad minus in septimana
quod sit de die per capellam voluerit intrare ad visitandum
artistas et quando voluerit ire ad disputationes artistarum
semel in septimana quod sit communiter die sabbati in
sero, alioquin dictus prior poterit habere clavem dictorum
duorum postiorum ut libere possit transire ad faciendum

debitum Suum in visitatione artistarum proviso quod
faciat teneri dicta ostia clausa quandiu erit apud artistas
et quod etiam non vadat ibi de nocte nisi tempore disputationum
artistarum, et poterit clavis ostii medii versus artistas poni in
aliquo loco communi ibi possit capi a capellanis et priore quando
expediet aperire ostium prelibatum et quandocumque alia jocalia
de argento et vestimenta cariora ad altare principale et pro servitio
faciendo portabuntur ipsi capellani tenebuntur reddere et reportare
dicta jocalia sicut sunt reliquia et alia et etiam vestimenta
ad locum Suum retro altare superius immediate post quam
servitium fuerit celebratum ut reponantur in archis pro eis
ordinatis presentibus procuratoribus collegii vel saltem uno
illorum cum priore vel principali artistarum qui quidem prior
et principalis artistarum habebunt claves unus eorum videlicet
de ostio secundo oratorii et alius archa in quâ dicta
ornamenta reponentur, et eas servare et reddere tenebuntur
prout supra et toti collegio in hibeo quantum possum ac
omnibus et singulis capellanis scholaribus ac magistris ac
etiam provisori et priori nevendant vel alienent seu vendere
vel alienare procurent vel permittant prostando seu alio quovis
modo libros, reliquias, jocalia seu alia quacumque ornamenta
ad capellam et collegium pertinentes vel etiam pertinentia
~~ad capellam et collegium pertinentes vel etiam pertinentia~~
sub poena sacrilegii et sub poena perjurii et privationis à
collegio et restitutionis rei alienatæ et remotæ et sub poenâ
quam dictus dominus episcopus voluerit assignare et de
delinquentibus infligere in casu prælibato, et volo quod
antequam capellani recipiantur ad bursas capiendas quod
faciant juramenta debita quæ inferius inscribuntur ;

Item ad statutum in quo de clerico capellæ ordinatur,

volo addi et teneri, quod si aliquis Studentium collegii
ad Serviendum in capella in officio clerici teneatur quod in
Diebus et horis quibus legitur in suâ facultate possit
committere servitium pro eo faciendum in capella alicui
Sociorum vel beneficiatorum collegii vel alicui servientium
Clericorum si sit aliquis idoneus qui serviat loco eius
Dum tamen ille commissus dictum officium debite exequatur
et ad illud officium tenebuntur omnes in domo theologorum
commorantes alternatis Septimanis, exceptis capellanis pro-
Septimanis quibus servitium facient in capella quando-
Servient alternatis Septimanis et priore si sit magister
in theologiâ et artista etiam ad hoc tenebuntur tam
Burzarii quam non burzarii secundum ordinationem
prioris sapedicti. Item quia in Statutis pro artistis
ordinatis continetur quod nullus canonicus ecclesiæ cathedralis
recipiatur ad dictas Burzas & à totum illud Statutum
volo intelligi et teneri de canonicis prabendatis tantum modo.

Item post quam aliquis artistarum fuerit licentiatus in
artibus burzas artistarum dimittere tenebitur nisi incipiat
in artibus infra sex menses et legat ordinarie de mane
in vico Straminum si quod verus regens in artibus
teneatur nisi continuè vadat ad disputationes in vico
Straminum et respondeat ibi publicè de questione quater
vel pluries a principio ordinarii usque ad carnisprēmium
exclusivè quod si sic fecerit poterit per tres annos
Sic regendo vel studendo et disputationes sequendo dictas
Burzas obtinere si non obstet aliud positum in Statutis
nec aliter neque ultra obtineat dictas burzas, non obstante
quod illis Statutis dudum factis aliter ordinetur et
scribatur circa Statutum de modo et tempore visitandi
collegium et de illis per quos debet visitari unum volo

mutari et aliud ibi addi: primum est quod prior
theologorum de harcuria, ad dictam visitationem non
vocetur nec intersit non obstante quod positum sit in
Statuto et ex causâ quia jam oriebatur dissensio inter illa
duo collegia propter illud quia unum volebat dominari
et aliud dubitabat subjugari et propter hoc assentire
metuebat et etiam renuebat etiam quia ut plurimum
faciunt priorem et de uno juvene magistro qui modicum
proficeret indicta visitatione et illud quod ad dictum
Statutum volo addi et teneri est quod capella et spectantia
ad capellam et divinum servitium, primo et principaliter
visitentur quia hoc est principale et cum bonâ diligentiâ
omnia ad hoc pertinentia corrigantur si sint aliqua
corrigenda; Item Statutum de electione prioris collegii
ita volo moderari et teneri videlicet quod dedictis theologis
ejusdem domus inter quos continentur capellani vel de
aliis studentibus in dictâ domo bursas domus capientibus
de diocesi Bajocensi per omnes socios bursales dicte
domus aut majorem partem iporum in ipsius collegii
priorem in festo Sancti Luce omnis singulis assumatur
et presentetur provisori personaliter si commodè fieri
possit vel per litteras sigillo collegii sigillatas et in casu
discordie inter scholares dicte domus eligentes propter
vocum paritatem in electione prelibata illa pars indicta
electione obtinebit ad quam vel cum qua assentiet
principalis artistarum; Item quantum ad electionem
principalis artistarum volo statuo et ordino quod illi
de diocesi Bajocensi in hoc aliis omnibus præferantur
Ita quod si quandiu et quoties tempore electionis

" principalis erit in domo artistarum aliquis magister in artibus
" Bursalis ad hoc dignus et habilis Secundum judicium —
" eligentium ad illud officium assumatur et Si nullus Sit —
" in domo magister in artibus diocesis bajocensis habilis et
" ad illud officium eligatur et assumatur unus aliis magister —
" in artibus ad hoc habilis et idoneus Bajocensis diœcesis —
" Studens parisiis de extra domum artistarum non obstante
quod Superius in quodam Statuto dudum facto Sit —
dictum et ordinatum Seu Scriptum quod nullus qui Sit —
magister in artibus denovo recipiatur ad bursas artistarum —
et fiat electio prout dictum in Statuto excepto quod non est —
necesse quod ad hoc provisor vocetur nec interesit Sed per —
alios nominatos in Statuto eligatur principalis; Et volo —
" Statuto et ordino quod Semper prior et principalis artistarum
" Sint de diocesi Bajocensi dum tamen ad hoc habiles —
" valeant reperiri etiam Si de aliis locis habiliores haberentur
" de collegio Seu de extra non obstantibus omnibus Statutis
" vel clausulis Statutorum ad hoc contrariis Sigua vel
" quæ inscribantur in Statutis dudum factis: Item Statutum
De electione procuratoris Sic volo custodiri et teneri —
videlicet quod in dicto collegio Sint duo procuratores —
quorum ille de domo theologorum erit principalior quia
finaliter omnes redditus et proventus collegii recipiet et —
etiam omnia Bona debita data et legata et de eis —
computabit et in utrâque domo per concordiam omnium —
vel Saltem majoris partis Bursalium Scholarium in eadem
eligetur infra quatuor dies post quam prior creatus fuerit
vel electus vel post tempus inquo debet eligi dictus prior —
et tenebuntur et maxime principalis procurator computare
fideliter de omnibus misiis et receptis coram dictis —

visitatoribus temporibus et horis visitationis pralibata.
Item jtamen quod ad hoc non vocetur nec interesit prior
Scholarium de harcuria propter causas supradictas non
obstante quod ponatur in Statuto dudum facto et tenebuntur
dicti procuratores cum aliis positis in Statutis domos et utensilia adificia
et capella ornamenta libros et alia ad capellam spectantia
facere reparari si et quando reparatione indigebunt et omnia
alia substinere facere et reparare qua sint necessaria
collegio ut scribitur in Statutis et capiet bursas integras
in toto anno quandiu erit procurator non obstante clausula
posita in Statuto de officio Sacerdotis ubi non excipiebatur
nisi prior etiam si casus accideret qui ponitur in Statuto
et tenebitur principalis procurator si sit in diocesi parisiensi
vel alius procurator si procurator principalis sit absens
cum procuratorio competenti ire ad castellum et ter in anno
Diebus quibus domus vacua proclamantur per privilegium
burgensibus et villa concessum videlicet in die circonsisionis
Domini in die trinitatis et in crastino Festivitatis omnium
Sanctorum scilicet die commemorationis mortuorum et scire
in registro dictarum proclamationum utrum aliqua domus
super quam collegium capiat aliquem redditum fuerit
proclamata et si inenerit aliquam domum in qua
redditum capiat fuisse proclamatam se opponere ad
conservationem juris collegii et prosequi jus collegii per
bonum consilium sapientium castelleti quod si dicti
procuratores vel eorum aliquis fuerint negligentes, ille qui
fuerit negligens pro sola vice negligentia privetur bursa
unius septimane et si propter negligentiam alicujus

ipsorum aliquid redditum deperdatur vel sit in periculo
amittendi ille per cujus culpam hoc fuerit ipso facto sit
et maneat privatus a collegio et aburis quod si maliciose
hoc fecerit pro restitutione damni prosequatur si majori
parti Sociorum domus theologorum visum fuerit
faciendum. Item procuratores tenebuntur causas et
negotia collegii diligenter et fideliter procurare cum bono
et sano consilio secundum ordinationem provisoris seu
priorum et majoris ac sanioris partis Sociorum et hoc
Jurare tenebuntur cum aliis juramentis et quandocumque
in aliqua electionum poitarum in statutis prioris
presentia requiratur si sit absens unus alius de diocesi
Bajocensi de domo theologorum per omnes bursales socios
dicta domus vel per majorem partem ipsorum eligatur
qui pro ad hoc habeat prioris potestatem illa vice et in
casu discordia inter dictos eligentes propter vocum
paritatem antiquior capellanus habeat duas voces
et illa pars obtineat ad quam ipse declinabit illa vice
et similiter si principalis artistarum in aliqua
electione personaliter requiratur unus alter artista de
diocesi Bajocensi eligatur per omnes bursales de domo
artistarum vel per majorem partem ipsorum qui ad hoc
habeat potestatem quam haberet principalis et in
casu discordia inter dictos eligentes propter vocum paritatem
procurator artistarum habeat duas voces et sic ille
obtineat ad quem ipse declinabit. Item quantum ad
Juramenta prioris et principalis volo et statuo quod
eodem modo jurent mutatis nominibus officiorum et eorum
personarum et ipsis etiam propriis nominibus nominatis

Et expressis item quia dictum est in declaratione fundationis
capelle et collegii quod capellani debent jurare aliqua in
speciali cum quibus juramentis volo statuo et ordino quod
antequam recipiantur ad bursas vel recipiant aliquid de
bursis vel aliis emolumentis fundatione capelle ordinatis quod
" quilibet eorum juret per hunc modum ego talis capellanus
" capelle beate marie collegii capellanorum et scholarium beate
" marie de Diœcesi Bajocensi in vico illuminatorum parisiensis
" fundatorum juro ad hec sancta dei evangelia facere
continuam residentiam ad servitium dicte capelle et
servitium continuum in eadem prout ponitur in statuto
declarationis fundationis capelle et collegii predictorum
et sub poenis in dicto statuto declaratis et dictum
statutum quo ad hoc et alia officium capellanorum
tangentia inviolabiliter servare et contra hec seu in
contrarium non venire quomodo libet in futurum. Item
juro omnia statuta per fundatorem eiusdem capelle et
collegii ordinata tam in declarationibus principalium seu
primorum statutorum quam in dictis statutis dudum factis
quo dictis declarationibus non derogant nec repugnant
servare et tenere juxta posse et alia per ipsum secundum
rationem facienda si contingat ipsum alia ordinare
et maxime quantum ad custodiam capelle et omnium rerum
ad capellam spectantium ut superius declarantur et
" scribuntur. Item quia in clausula testamenti bone
" memorie domini guillelmi baronis fundatoris bursarum
" cujusdem studentis in jure canonico in isto collegio continetur
" quod septem libri juris canonici qui in dicta clausula
" testamenti per ejus executores mihi missa continentur scilicet

vnum decretum pulchrum; Item liber decretalium bene pulchrum.
Item textus decretalium cum glosis joannis andrę. Item
Clementinę cum glosis jocelini et pauli; item innocentius;
Item archidiaconus; Item Summa hostien... debent
perpetuo in dicto collegio in camerâ dicti Scholaris in decretis
et Suorum Successorum in dicto collegio in propriâ formâ
remanere et servari et ideo rationabile congruum et utile
est quod ligentur cum catenis sicut in aliis librariis dicti
collegii ut ibi firmius conserventur ne quod multis
proficere debet per unius negligentiam vel defectum deperdatur
et in hoc intentio et volontas fundatoris defraudetur;
Ideo statuo et ordino quod cum aliis juramentis in statutis
collegii in receptione Scholarium ordinatis qui libet Scholaris
denovo veniens ad bursas dicti studentis in jure canonico
obtinendas specialiter juret dictos libros conservare et
eos non alienare nec permittere alienari in toto vel in parte
quod ipse posit impedire et sub poenis in aliis librariis
collegii ordinatis, et quod dicti libri per inventarium
sibi tradantur recepto prius ab eodem juramento prælibato
et quoties alia libraria visitabuntur illud inventarium
cum dictis libris videbuntur, quod si aliquid de dictis
libris perditum fuerit vel ablatum dictus Scholaris
ad restituendum deperditum vel ablatum compellatur per
substractionem bursarum vel alio meliori modo quo
poterit ad hoc compelli sive cogi et etiam quando aliquis
qui tenuerit dictas bursas eas dimittet pro quacumque
causa fuerit tenebitur dimittere dictos libros omnes in
numero et in forma quibus sibi assignabuntur et tradentur
ut remaneant successori secundum ordinationem testatoris
et sic fieri debet continuè succedentibus in bursis sepedictis

et si aliquid addatur denovo in dicto inventario inscribatur
et reddatur sicut prius et remanebunt dictus jurista et sui
successores in bursis in camera bassa retro capellam prope
jardinum versus artistas nec habebit ibi libros prædictos
usquequo fecerit prædictum juramentum. Item statuo et volo
teneri et servari quod si aliquis scholaris vel magister cujuscumque facultatis
de perjurio reprehensus fuerit et convictus expellatur a collegio
et a bursis. Item quando dicitur inferius in statutis quod dicta
statuta legentur bis in anno et &c. Ego statuo et ordino
quod in dicta lectura tenebuntur interresse omnes magistri et
scholares utriusque domus tam bursales quam non bursales
sub poena sex denariorum solvendorum ab eis qui in hoc
defficient die veneris immediatè sequente dictam lecturam
post compotum ad utilitatem sociorum domus in qua
delinquentes remanebunt. circa statutum de officio provisoris
est aliquid addendum et aliquid immutandum; primo ibi
" debet addi quod dictus provisor tenebitur presentare nomine
" regis reverendo in christo patri domino episcopo parisiensi
" capellanos quoties cumque et quando cumque vacabunt
capellaniæ capellæ dicti collegii vel aliqua ipsarum modo et
formâ contentis in statuto fundatoris ~~et~~ capellæ et collegii
nuper cum et de consilio peritorum declarato et per dictum
dominum episcopum parisiensem authoritate ordinaria approbato et
etiam confirmato et quod dictus provisor tenebitur conferre
" nomine regis bursas scholarium facultatum in dicto
" Collegio studentium illis qui sibi presentabuntur secundum
ordinationem et correctionem super hoc factum declaratam
et positam seu inscriptam in presenti instrumento ordinantur — in præsenti instrumento et per illos qui ad hoc —
" non obstante quod in statutis dudum pro dicto collegio
" per me factis aliter inscribatur et ponatur quam

in presenti instrumento superius extitit declaratum
et hoc pro nunc ordinavi de consilio peritorum propter
causas et etiam rationes supradictas secundum quod
cum aliqua mutatione in dicto statuto est addendum, est
istud quia difficile et quasi impossibile est aliquam
congregationem pluriuum juvenum qui ut plurimum sunt
diversarum voluntatum et multis passionibus naturaliter
sunt dediti a subjecti bene regi nisi per aliquem
sapientem quem timeant, diligenter et frequenter visitentur
sed non est bene possibile quod dicti domini Elemosinarii
subelemosinarii possint hoc facere in personis eorum quia
semper vel quasi semper sunt in suis officiis quod
maxima sunt et ardua necessario occupati in quibus servire
obligantur per propria juramenta etiam quia dicti
domini sunt vt plurimum extra parisienses et aliquando
bene longe et quia scholares qui ad cursa presentantur
sunt et esse debent indigentes qui de suo non possint
in studio sustentari et per consequens durum et difficile
esset vel sibi pro presentationibus vel aliis negociis collegii
faciendis sequi diu neque longe dictum dominum
provisorem tum quia expensas ad hoc necessarias non
valerent sustinere nec habere tum quia illo tempore
studium dimitterent et perderent lectiones ideo expediens
est et quasi necessarium quod cum dictis dominis videlicet
Elemosinario et subelemosinario unus alter residens
parisiis probus magister in aliqua facultate pro tempore
sapiens et expertus in regimine scholarium ad dicti
regimen collegii eligatur post decessum meum et etiam
assumatur et eisdem adjungatur qui regat et exerceat

officium provisoris in casu in quo dicti domini dictum
officium non velent vel non possent utiliter et debite
exercere, vel in casu quo essent extra parisius ad tantam
distantiam quod unus pauper scholaris in una die ire ad eos
et redire non valeret videlicet ultra distantiam quinque
leucarum secundum communem computationem vel in casu
quo ad visitationem dicti collegii et scholarium in ipso
studentium dicti provisoris vacare non vellent vel non possent
prout necessitas postulabit etiam si parisiis remanerent
eligetur dictus magister tenens locum provisoris ut dictum
est per hunc modum videlicet quod ille magister in quem
omnes scholares et magistri bursales de domo theologorum
cujuscumque facultatis et omnes magistri et licentiati de
" diocesi Bajocensi bursas in domo artistarum capientes vel
major pars omnium predictorum concordabunt, et qui per
" hunc modum eligetur et per episcopum bajocensem si sit
" parisiis vel ad quinque leucas prope approbabitur vel
" fuerit approbatus, dictum provisoris officium exercebit in
" omnibus casibus supradictis et in casu discordie inter illos
indicta electione facienda propter vocum paritatem prior dicti
collegii habebit duas voces ita quod illa pars ad quam prior
assentiet in dicta electione obtinebit illa vice et quando
provisor principalis videlicet dominus elemosinarius erit
parisiis vel prope dictus magister reportabit sibi statutum
dicti collegii ut per ipsum ordinentur que fuerint facienda
et tunc si sit aliquis eligendus ad bursas cujuscumque
facultatis eligetur et sibi presentabitur et eidem conferet
dictas bursas ut dictum est in statutis et erit etiam dictus
magister cum ipso provisore in dictis visitationibus ordinariis

Bis in anno ut Scribitur in statutis sic quod quando
dictus provisor erit præsens vel Subelemosinarius dictus
magister sic electus erit ibi loco prioris de harcuriâ et
magistri in theologiâ qui ponuntur in statutis dudum
factis et habebit decem Solidos parisienses pro qualibet
illarum visitationum et si provisor non sit præsens vel
Subelemosinarius stabit ibi ut provisor et dictam capiet
pensionem et sic non vocabitur ad dictam visitationem
prior de harcuriâ nec aliquis magister in theologiâ qui
habeat pensionem et tenebitur dictus magister sic
" adjunctus ad minus quolibet mense semel dictum collegium
" visitare et de vita et moribus Scholarium inquirere et
" cum priore eos corrigere si delinquant per poenas
" positas in statutis, sed si delicta essent magna
" per eundem magistrum debent raportari provisori si sit
" prope parisiosi et si velit jntendere circa illud ut puneri
" faciat delinquentes si casus requirat etiam ante tempus
" et vel etiam extra tempus visitationis ordinariæ
" supradictæ secundum delictorum seu factorum
" qualitatem et etiam quantitatem et secundum statuta
" super hoc ordinata quod si provisor noluerit vel non
" possit providere in prædictis, tunc dictus magister officium
" provisoris exercebit cum priore in hoc casu delinquentem
" seu etiam delinquentes siqui fuerit vel fuerint
" puniendo et maxime in visitationibus ordinariis supradictis
" etiam si casus requirat privationem simpliciter vel ad
" tempus secundum statuta collegii prælibati et si error
" accideret in futurum quod absit in electione vel provisione
" Scholarium qui de dioecesi bajocenci certis villis

ejusdem diœcesis ad dictas curias principaliter debent capi et
assumi si provisor non posset vel non vellet attendere ad eum
effectu intendere ad dictum errorem corrigendum dictus
adjunctus cum priore et principali artistarum vel duobus
illorum poterit corrigere dictum errorem et expellere illum qui
fuerit positus contra statuta et alteri secundum statuta de
loco sibi debito providere sommariè et de plano sine lite
maxime quia in statutis auctoritate apostolicâ confirmatis
sub poenâ excommunicationis continetur quod ad vocem
Cujus libet ostendentis per provisorem debent talia reparari
et si contingeret quod dictus sic electus extra parisiensi
per duos menses continuos remaneret si bonum et expedien
prædictis electoribus vel majori parti iporum videatur vnus
alter loco ejus sicut prius eligatur qui similem in omnibus
habeat potestatem et teneatur ad omnia ad quæ alter tenebatur
Item prædictum autem statutum de officio provisoris in omnibus
aliis in quibus non derogat vel repugnat præsenti declarationi
volo in suo robore sicut prius perpetuo remanere perinde ac
si nihil fuisset ibi additum mutatum seu etiam declaratum.
Item quia universali et collegiis multa privilegia sunt
Jndulta et licet propter bonum et conservationem universitatis
ac pacem et tranquillitatem studentium et ut aliqui
conserventur jura studentium, sicut sunt, sint concessa tamen non
nunquam aliqui abutuntur illis in vituperium
collegiorum et universitatis, nec non in damnum et
oppressionem citatorum et in damnationem animarum
abusorum et propter hoc nunquam velint quod in dicto
collegio in quacunque facultate nutrirentur abusores,
Jdeo statuo volo et ordino quod quicunque scholaris
collegii voluerit habere citationem quamquam a

quocunque judice et de quocunque privilegio etiam si eidem collegio sit indultum velit eam obtinere volo quod ponat in scriptis manu propria vel sub manu publicâ poni faciat casum suum et in aulâ theologorum præsentibus omnibus Scholaribus dicta domus proponat antequam recipiat citationem et postea tradatur cedula priori et procuratori principali qui eam custodiant et habeant consilium super illo facto cum duobus vel pluribus famosis et bonis advocatis de foro in quo vult litigare ita quod si velit litigare in curiâ seculari habeat consilium super illo cum sapientibus et probis advocatis de curia seculari, et si in curiâ ecclesiasticâ habeat consilium cum bonis probis et famosis advocatis de curiâ ecclesiasticâ et si dicti advocati dicant quod secundum dictam cedulam dictus Scholaris habeat bonam causam id quod petit requirendi tunc jus suum prosequatur quod si dicant contrarium et quod non habeat causam prosequendi id quod petit nullo modo prosequatur nec faciat illum de quo queritur citari pro causâ tunc expressâ quandiu manebit in collegio tunc hoc sibi inhibeatur per prædictos priorem et procuratorem ne procedat ad dictam citationem prosequendam et habendam quod si faciat contrarium ipso facto privatus sit et remaneat a collegio et aboursis et post quam tradiderit cedulam in aulâ ut dictum est si proponat in judicio alium casum vel aliter proponat dictum casum quam in cedula ponebatur ex quo debeat notari de abusu ipso facto sit et remaneat privatus à collegio et aboursis et

vnqus alius idoneus loco eius subrogetur et si non sit de
Scholaribus Bursalibus expellatur a domo ipso facto etiam in-
hibeo toti collegio et omnibus singularibus dicti collegii ne-
per fictum transportum faciant aliquem vel aliquos virtute
cujuscumque privilegii contra collegium seu nomine collegii
conveniri vel citari: singularibus autem inhibeo sub poenâ
supradictâ et collegio sub poenâ quam episcopus voluerit
ordinare. Item liquet in fine capituli, seu statuti in quo
facta est mentio de lecturâ statutorum dicatur vel jurari
videatur quod pro utilitate totius collegii et ad requestam
omnium sociorum cum consilio peritorum ad hoc per regem
commissorum possint aliqua statutorum per me factorum
post decessum meum revocari vel etiam immutari illam clausulam
volo sic intelligi, exponi et teneri videliet de prius statutis
ex quorum immutatione intentio mea non mutetur sicut
sunt aliqua statuta circa augmentum collegii per novam
fundationem et circa statutum de officio sacerdotum si
possint aliqua inhibi in melius immutari vel addi ad
laudem dei et melioracionem et augmentum divini servitii
et non aliter et circa modum convivendi scholarium
utriusque domus et circa statutum de hospitibus et
consimilia ex quorum mutatione intentio mea principalis
non mutetur sed illam clausulam nolo intelligi nec teneri
nec unquam intellexi seu volui quod statuta principalia
per me facta et correcta post decessum meum per quemcumque
revocari valeant nec etiam immutari et hoc etiam continetur
in statutis authoritate apostolicâ confirmatis sicut sunt
statuta qua sequuntur et similia videliet statutum
de fundatione creatione et institutione capellæ capellanorum
et collegii cum declaratione ipsius de post facta et per

reverendum patrem dominum episcopum parisiensem —
auctoritate ordinaria approbata et etiam confirmata: —
Item Statutum de numero Scholarium nunc correctum
et de facultatibus in quibus studere tenebuntur sciendum
tamen est quod si redditus collegii diminuerentur adeo
~~ea~~ quod numerus Bursarum nunc ordinatarum solvi
non posset de dictis redditibus oporteret aliquo
tempore numerum Scholarium diminuere usquequo
redditus rediirent ad valorem de quo dictus numerus
secundum bursas assignatas posset debitè sustentari
~~et~~ in illo casu quod absit dimitterentur vel amoverentur illi qui sunt
additi post primum numerum alii a capellanis et
decretista quia ille non potest nec debet amoveri, quia
est ibi specialiter fundatus ut superius fuit dictum,
vel aliqui eorum secundum consilium sapientum; —
" Item Statutum de modo et ordine assumendi scholares
" utriusque facultatis et de quibus villis sive locis —
" debent esse, Item Statutum de modo assumendi et
" eligendi scholares in facultate theologia ut in presenti
" instrumento superius est inscriptum declaratum et
" correctum, Item de modo capiendi scholares in medicina
" in eodem collegio ut etiam in presenti instrumento
est superius declaratum et cum additionibus ibi scriptis.
Item Statutum quod ille tres facultates sint et —
faciant unum collegium sicut ibi est inscriptum etiam
" dictus decretista de novo hic fundatus et adjunctus totum
simul erit unum collegium pro servitio capellan~~o~~ ordinatum
et fundatum; Item Statutum de ordinatione domorum —
ubi manent et manebunt deo dante, Item ~~Statutum~~ —

~~de ordinatione domorum ubi manent et manebunt deo~~
~~Dante~~; item Statutum de ordinatione archæ prout est superius
declaratum atque scriptum cum additionibus ibi scriptis.
Item Statutum de sigillo et de librariis et etiam de earum
conservatione cum juramentis et poenis super hoc ordinatis.
Item Statutum de tempore et de modo visitandi collegium
et per quos debet visitari cum correctione declaratione et
mutatione superius ordinatis in præsenti instrumento. Item
Statuta de electione officiariorum et eorum officiis scilicet
prior principalis et procurator prout nunc sunt declarata
atque scripta: Item Statuta de juramentis officiariorum
Scholarium et omnium aliorum juramentorum ut ponuntur
in statutis tam capellanorum quam etiam aliorum. Item
Statutum de inventariis faciendis et reddendis, Item etiam
omnia sicut sunt post decessum meum remanebunt declarata
" vel correcta et omnia alia similia ex quorum mutatione mea
" intentio et voluntas mutaretur volo et statuo imposterum
" remanere et durare divino ~~et~~ favente auxilio quandiu sancta
" mater universitas remanebit parisiis vel studium generale
" non obstantibus quibuscumque statutis vel clausulis
" Statutorum in statutis dudum factis positis et in scriptis
sedet quia intentio mea semper fuit et adhuc est totum quod
prædicto collegio acquisivi et acquiri procurari ecclesiæ ad
divinum servitium ordinare et quod omnes capellani et
" Scholares unum faciant collegium ecclesiasticum
" Clericorum ad serviendum deo in capella et postea alibi
prout dominus ordinabit et quod capella et servientes
in eadem videlicet capellani et scholares qui simul
faciunt dictum collegium dicta acquisita omnia et

Singula pro Servitio divino in ea faciendo perpetuo —
" obtineant, possideant et habeant ideo si dicta universitas
" recederet deparisiis, quod absit, ita quod desineret ibi
" esse Studium generale et quod Scholares desinerent —
" indicto collegio remanere, ne dicti redditus perderentur
" vel in alios usus converterentur quantum ad divinum
" Servitium faciendum volui et volo ex nunc pro tunc —
De Consensu totius collegii per modum declarationis —
et Statuti si sit opus quod omnes redditus prodicto —
collegio acquisiti remanerent et remaneant pro Servitio —
indicta capellã ad dei laudem et Beatissimæ virginis
matris ejus perpetuo faciendo, sic quod numerus —
Sacerdotum Servientium in capella augmentaretur —
vel augeatur decquatuor capellanis et quod etiam —
addatur unus clericus qui serviat in capella ad —
altare et alibi ubi erit opportunum et sic essent —
et erunt in dicto casu ibi perpetuo sex capellani et
unus clericus divinum Servitium facientes qui capellani
" si accidat erunt omnes de diocesi Bajocensi, si de illo
" diocesi tempore vacationis capellaniarum prædictarum —
" valeant ad hoc habiles reperiri et maxime de villis —
" de quibus Scholares debent capi per statuta super
" hoc ordinata, et erunt omnes tam primi quam additi
ejusdem conditionis in recipiendo et habendo fructus —
Capellaniarum prædictarum quorum capellanorum —
si accidat qui libet qui continuè serviet in capellã
ut dictur habebit quadraginta octo libras parisienses

quæ valeant[a] sexaginta libras turonenses annui redditus
de redditibus[b] supradictis quæ capientur et tradentur per
modum distributionum ita quod quilibet capellanus
qui ibi residebit et continue serviet in capellâ in omnibus
horis habebit duos solidos, sex denarios parisienses, pro
quâlibet die et residuum erit loco grossi fructus et sic
habebit quilibet capellanus pro matutinis et pro duabus
missis pro qualibet istarum horarum sex denarios; Item
pro tertia[prima] meridie nona vesperis et completoriis pro qualibet
duos denarios et dictus clericus habebit duodecim denarios
videlicet pro matutinis et pro duabus missis pro qualibet duas et
pro quâlibet horarum aliarum unum denariorum et qui non erit in
horis pro illa horâ pro quâ deficiet nihil habebit nisi sit
alibi licitè necessario occupatus sicut si esset infirmus
vel minutus vel capiat medicinam laxativam vel in
negotiis societatis per ordinationem sociorum vel
majoris partis ipsorum occupatus vel alicubi violenter
detentus et non propter suam culpam et voluntatem ac statuo
quod in celebrando divinum servitium tam in missis
matutinis vesperis quam in aliis horis dicti capellani
habeant superlicium et almuciam, vel capam sub poenâ
perditionis distributionum horarum in quibus vellent
intrare ad servitium sine habitu supradicto et sub
poenâ distributionis primæ horæ quam postea lucrabuntur
et quod faciant introitum in missa ante epistolam et
sint ibi usque ad finem missæ nisi habeant legitimum
impedimentum quod sufficiat majori parti præsentium
sociorum et in horis aliis omnibus intrent ante gloria
patri primi psalmi et remaneant usque in finem

horarum cessante legitimo impedimento Sicut prius et
quicumque fecerit contrarium in aliqua dictarum horarum
perdet distributionem illius hore et idem volvet statuto de
Clericis et vicariis, et quod interesint in dicto servitio
saltem in superlicio quotiescumque fiet servitium in
capella collegii supradicti et tenebuntur quotidie dicere
matutinas in aurora horas tempore debito et duas missas
unam videliet de defunctis in diebus quibus consuetum
est celebrare pro defunctis in mane post matutinas, et
aliam post tertiam Sicut fit parisiis in collegiis, et vesperas
et completorium de indiebus quibus non cantatur communiter
pro defunctis dicetur in mane una missa de beatâ virgine
et si sacerdos qui ad hoc tenetur officiat qui qualibet
die celebret missam pro illa die ordinatam per se vel
faciat per alium idoneum sacerdotem celebrari pro qualibet
missâ pro quâ officiet nihil capiet de distributionibus
illius dici et cum hoc solvet duodecim denarios parisienses
de grosso suo vel de primis distributionibus quas ibi lucrabitur
et nullam capiet distributionem de illâ missâ nec dehoris
quæ debite non cantabuntur vel dicentur et pecunia
quæ remanebit de defectibus absentium Sic distribuetur
quod si aliquis vel aliqui capellanorum absens
fuerit vel absentes fuerint ultra mensem de tertiâ
parte sua prebendæ seu sua portionis quam
caperet si presens esset ordinabitur et solvetur
unus clericus vicarius qui loco ejus illi habit ad
servitium faciendum et solvetur per procuratorem
pro tempore quo serviet in capella quandiu
dictus capellanus erit absens pro qualibet hora

Divisa dicta tertia partis et alia tertia et augmentationem
Distributionum presentium et servientium saluentium
remanebit et alia tertia pars remanebit pro sustenta
tione domorum et aliis communibus negotiis faciendis.
pecunia autem omnium aliorum defectuum reservabitur
usque ad compotum generalem qui fiet bis in anno ut
dictum est in statutis et tunc distribuetur illis qui
fecerunt servitium in capella tempore quo alii defuerunt
et de illis capiet clericus serviens in capella
pro tempore quo serviet ad sub duplum unius
sacerdotis et tenebitur dictus clericus capella scribere
in tabulis omnes defectus absentium et de eis in fine
cujus libet mensis cum presentibus computare et
facere duplicem cedulam depraditis, quarum vnam
tradet procuratori et aliam apud se retinebit et in
fine cujus libet termini de omnibus cedulis illius
termini coram visitatoribus et capellanis prasentibus
fideliter compatabit et sic ordinatur de tota pecunia
defectuum illorum qui non servient personaliter
ut dictum est in capella pralibata et de numero
predictorum sex capellanorum unus eorum erit prior
dicta congregationis et alius procurator et eligenter
annis singulis tempore assignato in statutis dudum
factis si omnibus capellanis presentibus vel majori
parti ipsorum expediens videatur et si videatur
expediens et utile quilibet eorum poterit continuari
pro anno sequenti bonum tamen videtur quod
aliquando officiarii mutentur ut plures eorum

Sciant eorum redditus atque jura ne perdantur
per ignorantiam et pereant in futurum et quandiu
erunt in dictis officiis ad illam residentiam tenebuntur
ad quam duo capellani ad dictas capellanias primo
presentati secundum declarationem per Dominum
episcopum parisiensem confirmatam primitus tenebantur
et sub poenis in eodem statuto declaratis et inscriptis
et habebit dictus procurator pro suis poenã et labore
ultra alios aliquam pensionem omni anno. Secundum
quod dicti capellani vel major pars eorum ordinabit
et si aliquis refutet officium ad quod ut dictum
est ligetur perdet distributiones quas immediatè post
in toto vno mense lucrabitur nisi habeat legitimum
impedimentum quod sufficiat majori parti presentium
sociorum et erit officium prioris negotia communia
congregationis seu societatis promovere et ponere in
deliberationem et concludere super illis et officium
procuratoris erit recipere omnes redditus et proventus
dicta congregationis et omnia eis debita et legata
et facere omnes communes missias predicta
congregatione seu dicto collegio faciendas et de
eis computare coram ad hoc deputatis bis in anno
ut dicitur in statutis prius factis et facient dicti
officiarii juramenta in statutis ordinata antequam
se intromittant de officiis de prælibatis et providebitur
per hunc modum de dictis de capellanis dum

vacabunt sicut de duabus principaliboribus superius
dicebatur, jta quod provisor de et cum consensu omnium
capellanorum tunc presentium vel majoris partis
eorum unum presbyterum habilem ad servitium
faciendum de diocesi bajocensi si valeat pro illo tunc
habilis inveniri reverendo in christo patri domino
episcopo parisiensi presentabit qui quidem dominus
episcopus facta sibi fide competenter de consensu
supradicto, dicto presentato et non alteri conferet
capellaniam supradictam et antequam ad dictam
presentationem vel collationem procedatur si non sit
aliquis sacerdos parisiensis de diocesi bajocensi ad
hoc idoneus secundum judicium provisorum et dictorum
capellanorum qui se presentet provisori et dictis
capellanis pro dicto beneficio obtinendo per dictos
capellanos et ad eorum expensum significabitur
episcopo vel capitulo bajocensi predicta vacatio ut
in partibus illis fiat nota et quod infra mensem
si aliqui ad hoc se voluerint presentare veniant
parisienses ad provisorem qui de assensu presentium
capellanorum ut supra unum assumet et eum dicto
domino episcopo ut eidem conferat dictum beneficium
prout supra presentabit. predictas autem declarationes
expositiones mutationes additiones et diminutiones
per me factas et ordinatas cum et de consilio peritorum
et de consensu et assensu omnium capellanorum
magistrorum et scholarium collegii supradicti

videlicet magistrorum henricii herouth magistri in theologiã et prioris
dicti collegii Dominorum roberti de balla Licentiati petri
guerouth capellanorum dicti collegii, petri vivel in medicina
Joannis Durandi procuratoris thomæ graffardi, michaelis de
fontenailles, Joannis brètonis principalis artistarum
magistrorum in artibus et in theologiã et medicina
Studentium, domini gauffridi bronant, henrici de fontanis
yvonis rouelli, richardi habardi, joannis manchon, mathei
deporta, guillelmi lavalley, roberti levigneur, durandi
frênée, georgii de Castello Studentium in artibus ut
Superius inscribuntur, Servari volo et teneri ab omnibus
de collegio et omnibus quorum interest vel interesse
poterit quomodo libet in futurum non obstantibus
quibuscumque clausulis positis et inscriptis in Statutis
pro regimine collegii per me dudum ordinatis atque
factis et etiam confirmatis sub quâcumque formâ
verborum inscribantur quæ repugnant vel repugnare
possent declarationibus præsentibus et ordinationibus
seu Statutis Superius scriptis et positis in presenti
instrumento sive sint per modum expositionis vel
declarationis vel per modum additionis vel diminutionis,
seu alterius mutationis qualiscumque per hoc tamen non
volo nec intendo dicta Statuta dudum facta aliqualiter
infringere nec etiam revocare in aliis quæ non derogant
vel repugnant supradictis jmo volo dicta Statuta
dudum facta et confirmata in omnibus suis partibus
et clausulis inquibus non derogant nec repugnant
declarationibus et Statutis in presenti instrumento

11 li Declarationi fundationis capella et collegii Supradictis
11 firma et stabilita in suo robore permanere perinde ac
11 si nihil ibi fuisset declaratum additum vel diminutum
Seu etiam immutatum; retineo tamen et reservo mihi potestatem
corrigendi declarandi et mutandi in omnibus et singulis
Supradictis in toto vel in parte, si et quando visum fuerit
expedire, sicut dictum fuit prius quandiu vixero inhumanis
quibus quidem declarationibus seu statutis cum additionibus
et diminationibus jam dictis per dictum magistrum
Gervasium collegii memorati fundatorem et provisorem
nobis presentibus per nos receptis ipsis que visis cum
matura deliberatione et diligenter inspectis habito que
etiam super hoc consilio cum peritis, qui a consideratis
omnibus et singulis et attentis in hac parte considerandis
legitime nobis constitit atque constat omnia et singula
in dictis declarationibus seu statutis cum additionibus
et diminutionibus pradictis contenta fuisse et esse sancte
et juste ad laudem dei divini que cultus augmentum ac
vtilitatem bonum regimen atque pacem collegii pralibati
ac capellanorum magistrorum que et scholarium ejusdem
ordinata et facta id circo declarationes pradictas seu
statuta cum additionibus et diminationibus ante dictis
ac omnia et singula in eis contenta et maxime
augmentationem capellanorum et aliorum qui in capella
loco scholarium in casu prafato serviunt ac omnia
et singula pro capella et divino ibidem servitio
faciendo et celebrando ordinata rata et grata habentes

ea omnia et singula prout supra scribuntur et
narrantur presentibus coram nobis capellanis magistris
et scholaribus collegii ante dicti et in hoc vnanimiter
si et in quantum opus erat et in eis est consentientibus
prout melius possumus laudamus approbamus et per nostri
interpositionem decreti autoritate nostra ordinaria
confirmamus inhibentes generaliter omnibus et
singulis in dicto collegio habitantibus cujuscumque
status vel conditionis existant ne ipsi sub poena
excommunicationis quam in contrarium facientes
ex nunc ferimus in bis scriptis libros vestimenta
reliquias seu jocalia ornamenta aut alia quecumque
ad capellam predictam spectantia vendant distrahant
vel alienent quomodo in toto vel in parte seu vendi
distrahi, alienari quod impedire valeant et faciant
consentiant vel permittant quovis modo quod ut
firmum et stabile perpetuo maneat presentes litteras
ad perpetuam rei memoriam per notarios publicos
infra scriptos publicari ac suis signis et
subscriptionibus signari mandavimus nostri que
sigilli fecimus appentione communiri; Actum
et datum parisiis in domo nostra episcopali anno
domini millesimo trecentesimo octogesimo primo
indictione quinta mensis vero januarii die quarta
pontificatus sanctissimi in christo patris et domini
nostri domini clementis divina providentia pape
septimi anno quarto presentibus venerabili et

1 Janv
1381

discreto viro domino Laurentio de la mongerie canonico
Ecclesie nostre parisiensis et magistro richardo de loz in
utroque jure licentiato consocio nostro ac hermeo lanoz vau
corisopitensi et petro clementis senonensis diocesis
clericis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis
et sic signata per notarios publicos et ego joannes touppeti
de castaneo belvacens... diocesis clericus publicus apostolica
authoritate notarius confirmationi approbationi decretique
supra scribuntur fieri et decernitur et agerentur una cum infra
scripto publico notario et testibus prenominatis presens
fui et ea sic fieri vidi et audivi indeque omnia et
singula publicando presentes litteras in hanc publicam
formam redactas hic me subscribens publici notarii signo et
subscriptione et dicti domini parisiensis episcopi sigilli
appensione requisitus signavi in manu propria signo meo solito una cum subscripti
premissorum testimonium et ego guillelmus signardi clericus sagiens...
diocesis publicus apostolica et imperiali authoritate notarius
quia premissis omnibus et singulis dum sic ut supra
scribuntur agerentur et fierent una cum testibus et
publico notario supra nominatis presens fui ea que
sic fieri vidi et audivi ideo presentibus litteris licet
per alium scriptis publicando signum meum solitum
una cum dicti notarii signi et subscriptionis apposicione
ac supra nominati domini parisiensis episcopi
appensione sigilli apposui requisitus in testimonium
premissorum.

Conclusio Super declaratione vacationis Bursarum

Anno Domini millesimo quadringentisimo
1426 vigesimo sexto circa festum nativitatis domini cum
exora fuisset contro versia quadam super debita
notorietate requisita ad veram vacationem bursarum
omnium presentes collegii, nos capellani et magistro
dicti collegii concusimus concorditer declarationem
quantum in nobis fuit faciendum quod cum vacabit
locus alicujus burse vel loca aliquarum bursarum
vacabunt tam in domo theologorum quam in domo
artistarum ante quam censeantur vacare in
prejudicium eligendi vel eligendorum, seu assumendi
vel assumendorum prior in domo theologorum notificabit
publice eas vacare ut puta in fine publici prandii
theologorum ejusdem prandii et principalis artistarum
similiter in domo eorundem nec non et antequam fiat
presentatio ad locum alicujus burse vel ad loca
aliquarum bursarum seu fieri aut fienda adjudicatur
hujus presentatio durabit vacatio a die predicto
notificate vacationis ad totum minus per octo dies
omnibus quidem octo diebus transactis poterunt
presentatores secundum formam statutorum
presentare et non ante hanc autem meam presentem

Declarationem affirmavit et approbavit reverendus in christo
pater et dominus dominus Belvacensis episcopus vice illustrissimi
Domini regis nostri protunc fungens in testimonium autem
premissorum

Sentencia

Super exemptione officii prepositure presenta per doctores collegii contra
a Dios Bursas de prima Sede in mensa

Cum Lis seu controversia nota fuisset inter
magistros et Scholares collegii magistri gervasii christiani
parisius fundati ex eo quod magistri Sacre theologie
in Dicto collegio commorantes dicunt et asserunt quod
vigore ordinationum et Statutorum dicti collegii ac usu
Laudabili hactenus observato sunt et esse debent
Liberi et immunes ab exercitio officii prepositure quod
exerceri solet in dicto collegio hebdomadis singulis
per cateros magistros et Scholares ibidem commorantes
in turnis suis quod etiam iidem doctores in mensa
Sedendo hora prandii vel cene primum locum tenere
debent etiam ante priorem collegii et cateros quoslibet
Dicta domus ex adverso priore dicti collegii magistris
et Scholaribus aliis prefatis doctoribus dicentibus in
contrarium quod ex tenere Statutorum ante dictorum
et communi observantia in dicti collegio, nullius cujuscumque
Statutis existat Sive in theologia doctor aut alius

in dicto exercitio officii prepositura et aut esse debet emptus aut immunis quin secundum statuta eadem debeat et teneatur in turnosus dictum prepositura officium exercere sive sit theologie doctor sive non sive bursarius sive hospes et ita est demore et communi observantia tam in dicto collegio quam in celeris notabilibus collegis alie universitatis studii parisiensis et quo ederentur mense hora prandii aut cena idem prior domus docebat et dicit in dicto collegio tempestu officii prioratus durante habere prerogativas et preeminentia super omnes post provisorem et magistrum collegii et in singulis agendis et dictum collegium tangentibus presidere habet et inde etiam consedendo primum locum habere debet ante dictos magistros in theologia ouasione sui officii ante dicti pro quarum discordarium terminatione et pace inter eos et in dicto collegio reformanda prafati magistri et scholares utriusque patris et nostrum episcopum lexoviensem commissum per dominum nostrum regem ad officium elemosinarii ad quem spectat ex ordinatione fundatoris et statutorum dicti collegii per regem approbatorum et per summum pontificem ac sedem apostolicam confirmatorum correctio reformatio et litium terminatio in eodem inter quoscumque dicti collegii auditis viribus literatis partibus utriusque super precedentibus et quod dicere et alegare voluerunt tam verbo quam scripto habita super hoc matura deliberatione cum

Iuri peritis et consiliariis dicti domini nostri regis tam
in sua curia parlamenti quam aliis et diligetur inspectis
statutorum prefati collegii tenoribus et pensata fundatoris
intentione usu etiam et observantia communi aliorum
notabilium collegiorum dicte universitatis super debatis
ante dictis sic diximus et declaravimus quod omnes magistri
et scholares in dicto collegio commorantes tam in theologia
doctores quam alii et tam bursarii quam hospites cujuscumque
status et gradus sint fuerint tenebuntur ex nane et
mantea qui libet in turno et hebdomada ocurente exercere
officium prepositura modo et forma instatuta faciunt
mentionem de officio prepositura contento per si videlicet
in propria persona aut per alium socium domus prout
in statuto et quod ad locum tenendum in mensa prior tenebit
primum locum et ceteri omnes prout advenerint ut in
statuto cavetur

Gaufridus de pomdario miseratione divina
episcopus petragracensis consiliarius et magnus elemosinarius
domini nostri regis universas litteras inspecturis salutem
Cum in controversia sine lis monentur inter socios
bursales domus theologorum collegii scholarium beate marie
de Divers alias magistri gervasii christiani parisiis fundati
videlicet dominos et magistros durandum clementis in theologia
datorem regentem joannem de monstio indecretis licentiatum
dionisium le mosnier in theologia baccalarium, gaufridum
du saussay in medecina licentiatum joannem pugillis
dionisium richardi joannem le masnyer guillelmum
baualarii et allanum le cauchomier in artibus magistros

ex vna nec non et allarum potier et robertum de orto
in artibus magistros Socios Bursales ex sua parte —
nobis asservationi dicentes dictos potier et de orto bursas
et Emolumenta Suarum Bursarum preter et contra —
formam Statutorum ejusdem collegii ille percipere et —
Vsurpare non convivendo cum aliis Suis Sociis bursalibus
in aula domus theologorum factis prout tenebantur —
atenentur exteriore et forma Statutorum contribuendo —
Sed in aula domus artistarum preter et contra Statuta
Vivendo requirentes ut huic controversia secundum —
formam Statutorum prout nostro incumbit officio —
Silentium imponemus ipsis autem potier et de orto ac —
aliis adherentibus Sociis bursalibus contra dicentibus —
nos ipsius domini nostri regis aliis ardius negotiis
Ligitimis occupati ac confidentes ad plenum litterarum
Scientia vita ac morum honestate, aliis que ——
Laudabilibus probitatis et virtutum meritis dilectorum
nostrorum magistrorum anthonii de pomario —
canonici Ecclesia parisiensis Sancta Sedis apostolica
prothonotarii et guillelmi miette in artibus et —
medicina doctoris quibus altisimis personas insignium
ejusdem et eorum qui libet dictum collegium nomine
nostro visitandum et causam seu controversiam hujus
modi audiendam duximus qui auditis huic inde —
ac singulis partibus predictis tam verbo quam —
quam scripto et vivis Statutis ejusdem collegii ——
relationem suam nobis ferentibus, qua audita consilio
peritorum super hoc libito nostram sententiam

diffinitivam diximus declaravimus per presentes quod
dicti potiores et de orto a latero tenebuntur et tenentur —
redire et convivere in aula domus theologorum separatim
ab artistis et contribuere missis et expensis factis a predicto
tempore et in futurum fiendis in predicta aula dicta domus —
theologorum sunt et totii socii Bursales ejusdem domus —
secundum formam et tenorem dicti collegii et insuper inhibimus
Bursariis dicti collegii ac aliis quibus pertinebit ne a latero
habeatur continuare priorem nisi in causis legitimus —
et rationabilibus concurrentibus secundum formam —
Statutorum dicti collegii in quorum fidem presentes —
litteras nostri que Sigilli jussimus appentione muniri —
Datum parisus die decima Sexta mensis Septembris
anno domini millesimo quadringentisimo octuagesimo —
Sequuntur littera augmentationis Bursarum ad —
fidem originalis carta transsumpta anno 1578 —

Joannes leveneu dei et Sancta Sedis —
apostolica gratia lexoviensis episcopus ac christianissimi
francorum regis magnus Elemosinarius nec non famatissimi
collegii magistri gervasii christiani parisiis fundati —
provisor Supremus universis presentes litteras inspecturis
vel audituris Salutem in domino visa audita et —
Sane intellecta Supplicatione nobis humiliter et rationabiliter
presentata per delectos nostros in christo et venerabiles
veros magistros joannem de castro doctorem theologum —
et ipsius collegii priorem guillelmum vautier ejusdem —

Collegii procuratorem martinum masurier in medecina
baccalarium guillelmum debonnaire Stephanum potier
juris canonici Baualarium Stephanum Riheo —
Capellanum julianum delaunay Baualarium intheologia
jacobum allisson capellanium joannem vãuglin thomam
desroyes orontium ffineum in medecina baualarium
omnes quidem Bursarios majores domus theologalis nuper
expressi collegii et per discretum virum magistrum
jacobum detournebũ principalem artistarum atque
omnes bursarios minores ejusdem collegii quaquidem
Suplicatione nobis frequenter oblata conquesti sunt
et nobis fideliter et aparte demonstrarunt suarum
Bursarum fundatam dotributionem et Si olim —
Denignitate temporis victus eorumdem Bursariorum
Satisfaceret nunc tamen propter tenuitatem ejusdem
fundationis et difficilem ad modum hujus ce temporis
qualitatem rerum omnium penuriam et caritatem —
Seu caristiam victualium non posse vel Solum —
panem medicum virtutum prestare cum maxima —
et rerum et studio eorumdem Bursariorum jactura
Item apra fato fundationis tempore proventus
Sive redditus ejusdem collegii favente deo —
et fidelium coadjuvante pietate vel industria —
per duplum fere augmentatos esse unde nobis —
concordi et matura omnium delibebatione et cogente
communi et pronata necessitate humiliter Supplicarunt
et Saepius iterata Suplicatione postularunt ut juxta

mentem fundatoris eorumdem bursariorum et principalio-
-ris ejusdem intentionis conservationem singulas
eorumdem bursas pro nostro et prudentum judicio
portionabiliter augmentari permitteremus vel augmentandas
prout nostro incumbit officio preciperemus declararemus
que augmentas quo et divinum officium et ceptum
studium et in universum principali memorati fundatoris
intentionem continuare et observare possint nos itaque
depremissis omnibus et aliis motivis et rationibus
per eosdem bursarios coram nobis prepositis et allegatis
ad plenum seu verum certiores fieri et mutere
prudentes que in hac resine negotio procedere
volentes præfatum collegium cum deputatis et ad hoc
convocatis prudentibus viris una cum magistro petro
Rosée artium et medecinæ doctoræ ac ipsius colligii
magistro et ipso priore sæpius visitatimus universaque
tum redditum tum onerum et expensarum quotidia-
narum discrimina partim ex statutis fundatoris partim
que ex computis et receptis et reliquis fidem hujus
modi prestantibus deligentes inquisivimus nobis que
jussimus fideliter communicari quibus per nos inspectis
et sane intellectis habita singullorum ratione et
proventuum seu redditum augmentatione manifesta
ponderata quoque hujus ce temporis penuria vel caritate
sive caristia insequendo etiam non nullorum aliorum
collegiorum exempta quorum bursas pro temporis rōrie et
supportatione bonorum similibus de causis intelleximus

augmentatas cupientes tandem singula dec.us et
feleciorum statum respicientiam divini potissimum
servitii et studii litterarii prout propo cujus libet incumbit
officio juxta piam et praecipiam ipsius fundatoris intentionem
conservari et continuum incrementum suscipere nostra ac-
peritorum omnium ad hoc vocatorum matura deliberatione
et concordi prefati magistri prioris magnorum bursariorum
nec non primarii et minorum bursarium atque officiariorum
omnium ejusdem collegii corroborato consensu praefata et nobis
oblata supplicationi annuimus et veluti justam rationi
et statuto conformem atque necessaria admittimus et
confirmamus, mandamus que et praecipimus prout nostro
incumbit officio in nostra ~~ne~~ situm est potestate, nobis
in hac parte per fundatorem expresse concessa singulas
bursas praememoratas prodictorum bonorum augmento
respondenter augmentari augmentatas que deinceps declaramus
ut poti qualibet majorum bursarum quae una cum
sacerdoti bursa et primarii artistarum sunt numero
quindem per duos solidos parisienses qualibet hebdomada
minores ante bursas que faciunt numerum duodecim qualibet,
Item hebdomada per unum solidum parisiensem remissis
prorsus et adnichilatx earundem omnium bursarum
vacationibus ita que per presentes et futuros officiarios
potissimum per procuratorem prefati collegii observari
et singulis bursariis eo nunc expressimus modo proprias
bursas hebdomadati distribui volumus ordinamus et
strictim praecipimus donec tamen et quo usque aliter
per nos aut successores ordinatum extiterit retentaque
praefatarum bursarum restrictione toties quoties
nobis aut prefatis successoribus nostris visum fuerit
expediens et necessarium aut redditum (quo absit)

Diminutione vel insupportabili onerum ejus dem collegii contingente multitudine aliave simili et justissima causa in pristinam prefatarum Bursarum redire distributionem quorum omnium et singulorum presentes litteras fieri nostro que sigillo munivi jussimus. Datum parisiis in edibus nostris die decima sexta februarii anno Christi millesimo quingentesimo vegisimo octavo demandato prolibati domini sic signatum Bellot. f.

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE